BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 M
24

Tomo Unico
S. H: 1. A: 2
XV C 40

Digitized by Google

169

12 8-G.19

Digitized by Google

Digitized by Google

AVGVSTINI PALLAVICINI FRANCISCI FIL.

Patritij Genuenſis

EXPLANATIO PARAPHRASTICA in duos Ariſtotelis libros

DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

In hac ſecunda Editione ab Auctore recognita, & caſtigata.



[redacted] [redacted]
Conventus S. Mariæ de Vuccino
Ca n el Diſcal. Rome

GENVÆ,

Ex Typographia Ioſephi Pauonis. MDCXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

[illegible]

Digitized by Google

AVGVSTINO SPINVLAE

EXCELLENTISSIMI AMBROSII Belgicæ Militiæ Præfecti filio.

Auguſtinus Pallauicinus F.

NEQVE nouo, neque illaudabili exemplo, prætermiſsis interim alienis, domi quæſiui, atque adeo inter meos, cui lucubratam recens à me Ariſtoteleam Paraphraſim dedicarem. Quanquam te vt appellarem potiſsimum, non tam coniunctione ſanguinis factum eſt, quam amoris in te mei argumento, & opinione indolis tuæ. Nam hoc etiam de te celebri omnium fama prædicatur, ad Illuſtriſsimæ domus tuæ decora, ad bellica Parentis facinora, quibus hic Heros magnorum

gnorum

Digitized by Google

gnorum Ducum gloriam adæquauit, addere te priuatam ingenij, morumquè laudem; quorum gratia Philippo Regi apprime charus in eius Aula, in iſto, inquam, flore Europeæ nobilitatis, inter Epheborum Principes honorificentiſſime appares. Quare optimum factu iudicaui, neque tibi, vti ſpero, erit ingratum, vt dum tu per te, maioreſque tuos viam tibi adornas ad Regum beneuolentiam, atque honorum faſtigia, ego te interea in Philoſophantium Lycæa traducam, atque ad Philoſophiæ Principem, cuius ductu ſumma quæque parantur, aditum veluti interpres aperiam. Vale.

AV-

Digitized by Google

AVGVSTINI PALLAVICINI EXPLANATIO PARAPHRASTICA.

IN LIBRVM PRIMVM.

De Generatione, & Corruptione.

DE Cœleſti iam corpore æterno, atque immutabili, deque ipſis elementis, vt hanc rerum vniuerſitatem conſtituunt, & conſtant, diſſeruimus. Nunc 1 de ortu, ac interitu eorum, quæ à cauſis naturaliter agentibus, & ortum, & interitum patiuntur, ſtatuere neceſſe eſt,[2] atque varia communis rerũ ortus, ac interitus cauſarum genera, eorumque perfectas definitiones cognoſcere diſtincte oportet. 3 Præterea de alteratione, & auctione, quid vtraque ſit

Tex. 1.

De generatione autẽ, & corruptione eorum, quæ natura generantur, & corrumpũtur, 2 ſimiliter de omnibus, & cauſas diuidendum, & rationes ipſarum.

3 Amplius autem de alteratione, & augmẽtatione, quid vtrumque.

4 Et vtrum exiſtimandum ſit eandem eſſe naturam generationis,& alterationis, an ſe motam,vt diſtinctum eſt, & nominibus.

determinare conueniens eſt, 4 atque id omnino inquire[illegible] alteratio, & generatio, vt diuerſis [illegible] imuntur nominibus,ita,& diuerſam,ac diſtinctam habeant eſſentiam. Primum igitur, an ortus, & interitus exiſtant inueſtigare oportet. Atq; ne quis putet quæſtionem hanc,vt potè de re notiſſima, vanam,ac ſuperfluam eſſe, ex Veteribus non defuiſſe, qui ſubſtantialem rerum ortum, ac interitum denegarent, oſtendendum eſt. 5 Quidam ergo è Veteribus Philoſophis eam, quæ ſimplex, ac ſubſtantialis generatio dicitur, idem eſſe cum alteratione aiunt. 6 Quidam verò aliud generationem, & aliud alterationem eſſe affirmant. 7 Nam qui vnicum rerum principium, ex quo gignantur omnia,ſtatuunt,idque ens actu eſſe dicunt, generationem ab alteratione ſecernere nequeunt, & quod proprie, abſoluteque fit, alterari ſolummodò affirmare coguntur: quandoquidem principium, ex quo omnium ſubſtantia rerum conſtat, haud in propria ſubſtantia mutationem pati,ſed in accidentibus duntaxat, quibus afficitur, aſſerant. 8 Qui autem plura inuehunt principia, & elementa, vt Empodocles, Anaxagoras, & Leucippus generationem ab alteratione diſtinguere poſſunt, ſi ex horum principiorum coalitu res gigni, iiſdem verò ma-

5 Antiquorum igitur hi quidem vocatam ſimplicē generationem eſſe inquiunt alterationem.

6 Hi vero alteram generationem,& alterationem.

7 Quicunq; enim vnum aliquod dicunt eſſe vniuerſum, & omnia ex vno generant, his quidem vtiq; neceſſe eſt generationem alterationem dicere, & quod proprie fit, alterari

8 Quicumq; autem plures materias vna ponunt, vt Empodocles,& Anaxagoras,& Leucippus, his alterum[illegible]

Digitized by Google

mouentibus, & penes affectiones mutatis: alterari dicant. 9 Quamobrem Anaxagoras propriam generationis, & alterationis vocem ignorauit, dum has mutationes temere confundit, & quòd propriè oritur, ac interit alterari cenſet. 10 Plura enim rerum elementa, ac principia haud ab alijs diſſentiens ponit, quorum vnio dici alteratio non poteſt. 11 Et quidem Empedocles quatuor inuexit corpora, ſeu materialia principia communi elementa conſenſu dicta, quibus mouentibus additis cauſis, vt concordia, & diſcordia ſex numero eſſe ait. 12 Anaxagoras autem, Leucippus, & Democritus infinita aſſerunt principia. 13 Atque Anaxagoras ex quolibet extrahi, ac gigni quodlibet aduertens omnia ex ſimilaribus partibus vt oſſe, carne, medulla, & alijs eiuſdem rationis, ac nominis partes nactis, tanquam ex elementis oriri cenſet. 14 Democritus verò, & Leucippus indiuiſibilia quædam ſtatuunt corpora, ex quibus omnia eſſe compoſita dicunt: 15 atque hæc numero infinita eſſe, & infinitis quoque formis, ac figuris prædita inquiunt, 16 ex quibus reſultantia corpora ab inuicem differunt, ob varias, quas ipſa corpuſcula obtinent figuras, & ob eum, quo ſeſe ordinem, ac ſitum reſpiciunt. 17 At ſectatores Anaxagoræ om-

9 Sed tamẽ Anaxagoras propriam vocem ignorauit: dicit enim quod fieri, & deſtrui idem conſtituit ipſi alterari.

10 Multa autem eſſe dicit elementa, quemadmodũ, & alij.

11 Empedocles enim corporea quidem quatuor; omnia autem cum mouentibus ſex numero.

12 Anaxagoras autem, & Leucippus, & Democritus infinita.

13 Hic enim ea quæ ſunt ſimilium partium, elementa ponit, vt os, carnem medullam, & alia, quorum vniuſcuiuſq; vniuoca eſt pars.

14 Democritus autem, & Leucippus ex corporibus indiuiſibilibus alia componi inquiunt.

15 Hæc autem infinita, & multitudine, & formis eſſe.

16 Ipſa autem à ſeipſis differre his, ex quibus ſunt, & poſitione, & ordine horum.

17 Contrarie autem videntu

Digitized by Google

dicere Anaxagorici Empedoclei.

18 Hi enim inquiunt ignem & aquam, & aerem, terrã elementa quatuor, & ſimplicia eſſe magis, quam carnem, & os, & talia ſimilium partium.

19 Illi autem hæc quidẽ ſimplicia, & elementa eſſe, terrã autem, aquam, & ignem, & aerem compoſita.

20 Omni ſeminariũ enim eſſe horum.

21 Ijs igitur, qui ex vno omnia conſtituunt, neceſſe eſt dicere generationẽ, & corruptionem alterationem: ſemper enim ſubiectum manet vnum, & idem; tale autem alterari dicimus.

22 Ijs autem, qui genera multa faciunt, differre à generatione alterationem:

23 coeuntibus enim, & diſſolutis generatio contingit, & corruptio.

24 Ideo dicit Empedocles hoc modo:

25 Quod nullius natura eſt, ſed ſolum mixtio, & fœdus mixtorum.

a S. Thomas.

mino diſſentiunt ab ijs, qui Empedoclẽ ſequuntur. 18 Hi enim terram, aquam, aerem, & ignem quatuor elementa eſſe dicunt, eaque ſimplicia magis eſſe putant, quàm os, carnem, aliaque ſimiles nacta partes. 19 Illi verò ſimilaria hæc corpora ſimplicia, atq; elementa eſſe arbitrantur; terram autem, aquam, ignẽ, & aerem ex ijs tanquam ex elementis componi; 20 quandoquidem ſimilaria hæc corpora omnium rerum elementa, ac ſemina exiſtant. 21 Qui igitur ex vno principo conſtare omnia dicunt, ortum, ac interitum alterationem eſſe affirmare coguntur. Semper enim in quacunq; mutatione idem, atq; vnum permanet ſubiectum in propria haud quaquã ſubſtantia mutatum, quod cùm accidit, vniuſcuiuſq; rei tota permanente ſubſtãtia, fieri tantummodo alterationem aſſerendum eſt. 22 Qui autem plura admittunt principia, & elementa generationem ab alteratione diſtingui fateantur neceſſe eſt: 23 quandoquidem generatio coeuntibus elementis accidat, ijſdem verò diſſolutis corruptio. 24 Quãobrem ſic ait Empedocles:

25 *Nullius eſt natura: ſed ipſa*
Mixtio, mixtorumq; prius diuulſio ſolum.

hoc eſt, a nullius rei forma perpetua, ac perennis eſt, ſed omnis elementorum mixtione aduenit, eorumdemq; diſſolutio-

lutione abſcedit. 26 Ex quibus manifeſtum eſt, [b] & Veteres Philoſophos de ortu, ac interitu rerum ſic loqui debuiſſe, vt proprijs conſentirent principijs, itàq; vt Empedoclis teſtimonio oſtendimus, vel inuitos loquutos fuiſſe. 27 Et ſi verò hi Philoſophi generationē quid aliud ab alteratione eſſe affirmare cogantur, ea tamen proferunt, quibus tollere omnino alterationem videtur. 28 Id autem rectè à nobis dici facile eſt perſpicere. Nam quemadmodū quieſcente ſubſtantia, & nullo pacto mutata, penes ipſam magnitudinem mutationem fieri cernimus, quæ accretio, & diminutio vocatur: 29 eodem modo, & permanente ſubſtantia penes affectiones, & qualitates mutationem fieri contingit, quæ alteratio dicitur. 30 Sed tamen ex his, quæ plura inducentes principia dicunt, alterari quicquam impoſſibile eſt. 31 Etenim affectiones, quarum acceſſu res alterari dicimus elemētorum eſſe formas cenſent, vt calidum, frigidum, album, nigrum, ſiccum, humidum, molle, durum, & alia huiuſmodi. 32 Vnde ſic ait Empedocles:

33 *Albentem penitus Solem, calidumq; videri.*
Aſt imbrem inter cuncta nigrum; ſimul atq; rigentem.

Hoc eſt, ignem ſubſtantialiter album, & cali-

26 Quod igitur proprius ſit ſermo eorum ſuppoſitioni ita loqui, manifeſtum eſt, & quod dicunt hoc modo.

b *Philoponus Alexander apud Philoponum.*

27 Neceſſe autem eſt, & his dicere generationem eſſe aliquid præter alterationē, impoſſibile tamen eſt ſecundū ea, quæ ab eis dicuntur.

28 Hoc autem quod dicimus recte, facile eſt videre. Quemadmodum enim videmus, quieſcēte ſubſtantia, in ea tranſmutationē fieri ſecū dum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio, & diminutio,

29 ſic & alterationem.

30 Sed tamē ex quibus dicūt, plura principia facientes vno, impoſſibile eſt alterari.

31 Paſſiones enim per quas hoc dicimus contingere, differentiæ elementorum ſunt: dico autem, vt calidum, frigidum, album, nigrum, ſiccum, humidum, molle, durum, & aliorum vnumquodq;

32 Vt inquit Empedocles:

33 Solem album videri, & calidum omniquaq; imbrē autem in omnibus caliginoſū, & rigidum.

calidum eſſe,aquam verò nigram, & frigidam. 34 Atq; ſimiliter, & de reliquis affectionibus pronunciat, ac definit. Præterea, & id quoque putant Veteres elementa, quæ dictis afficiuntur qualitatibus, & formis, eò quòd prima rerũ initia ſint,perpetua,& immortalia eſſe. 35 Quoniam igitur nec ex igne effici aqua poteſt,nec aqua ex terra,nec aliud quoduis elementum in aliud commutari, neq; profectò ex albo quicquam fiet nigrum,aut è molli durum,eademq; & in cæteris ratio eſt.Quare nec vlla poterit alteratio fieri, 36 cum aliud alteratio non ſit, quàm in his affectionibus exiſtens mutatio. Nec mirari quiſpiam debet ſi plura inducentes elemẽta,ac principia alterationem tueri nequeant. 37 Nam omnis mutatio ex contrario in contrarium fit, atq; ſemper vna contrarijs ſubijcienda materia eſt, ſiue ad locum mutatio fiat, vt latio, ſiue ad magnitudinem, vt accretio, & decretio, ſiuè ad qualitates, vt alteratio Sic enim perpetuum contraria edunt bellum, ac ſeſe ab eodem excludere ſubiecto conãtur. At ſi contraria diſtincta poſſideant ſubiecta, nulla aſſignabilis erit ratio, ob quam inter ſe pugnare debeant: vnumquodq; enim in propria exiſtens regione, in qua ſaluari dumtaxat poteſt, alterius haud contrarij molietur interitum.

Quare

34 Similiter autem determinat, & in reliquis.

35 Quapropter ſi non ſit poſſibile ex igne fieri aquam, neque ex aqua terram, neq; ex albo nigrum erit aliquid, neque ex molli durum, eadem autem ratio,& de alijs:

36 Hoc autem erat alteratio.

37 An, & manifeſtũ eſt, quod ſemper vnam contrarijs ſupponendũ materiã ſiue tranſmutetur ſecundum locũ ſiue ſecundum augmẽtationem, & diminutionem, ſiue ſecundum alterationem.

Quare ſi plura ſtatuantur principia, quemadmodum cenſebant Veteres, alteratio nõ erit, quę inter oppoſitas qualitates mutatio eſt. 38 Præterea & id neceſſe omnino eſt, hoc vnum ſubiectum, & alterationem ſimul eſſe. 39 Si enim alteratio ſit, & vnum quoq; ſubiectum elementum, vnaq; rerum omninm erit materia, quæ ad inuicem tranſmutari queunt, inter oppoſitas exiſtente qualitates pugna, quæ vnicum requirit ſubiectum, pro cuius poſſeſſione decertatio fiat. 40 At ſi ſubiectum vnum eſt, & alterationem quoq; eſſe oportet, ſeſe ab eodem ſubiecto expellentibus qualitatibus, quæ ſimul eſſe nequeunt. Qui igitur plura inducũt principia, tollere omnino alterationem coguntur.

38 Amplius autẽ ſimiliter eſt neceſſe eſſe hoc, & alterationem.

39 Si enim alteratio eſt, & ſubiectum vnum elementum, & vna omnium materia habentium ad inuicẽ tranſmutationem:

40 Et ſi ſubiectum vnum eſt, alteratio eſt.

At 1 Empedocles non modo ijs, quæ ſẽſu manifeſta ſunt, ſed proprijs quoq; dictis repugnantia profert. 2 Nam ex ſe inuicem tranſmutari elementa poſſe, a ipſis renitentibus ſenſibus negat, ſed ex his omnia tantummodò fieri dicit. 3 Præterea cum amicitia res antea diſſipatas colligit, vnoq; fædere iungit, atq; ſimilare quoddam ex rerum permixtione coaleſcit corpus, quod ſpherum vocant, nullis præditum affectionibus, ac differentijs, rurſus fædere ob litis imperium violato proſilire elementa, ac gigni, eaq; ex confuſa illa rerum permixtione

Tex. 2.

1 Empedocles igitur ipſe videtur contraria dicere, & ad apparentia, & ad ſeipſum.

2 Simul enim non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum, ſed alia omnia ex his.

a *S. Thomas. Auerroes.*

3 Simul autem, cum in vnum iunxerit naturã omnem, præter litem, ex vno fieri rurſus vnumquodque, ita vt ex vno aliquo per differentias ſcilicet, quaſdam ſeparatis, & paſſiones, factum ſit, hoc quidẽ aqua, illud autem ignis.

tione ſegregata affectiones quaſdam, ac differentias nanciſci, quibus hoc quidem fiat aqua, illud verò ignis, eorum, quæ dixit oblitus enunciat.4 Etenim Solem album, & calidum eſſe, atq; terram grauem, & duram inquit. 5 Quamobrē his ablatis affectionibus, ac differentijs (neq; enim eas de nouo genitas abire, atq; amitti repugnat) ex aqua fieri terram, & aquam ex terra, & ſimiliter aliorum vnumquodq; elementorum ex alio effici elemento neceſſe erit.6 Atq; hoc non modo confuſa illa rerum permixtione diſſipata continget, ſed etiam in hoc rerum ſtatu, ob contrarias agentibus elementis affectiones, & qualitates, quæ remoueri ab eis, atq; auferri queūt. 7 Statuere enim oportet ex ijs, quæ dixit Empedocles, elementorum prædictas differentias aduenire ſingulis pene diebus, atq; abire poſſe: inter ſeſe adhuc amicitia, & lite pugnantibus, quæ, & aliquando ſimul coire elementa proprijs amiſſis differentijs, & denuò ijſdem recuperatis ſeiungi, ac prodire fecerunt. 8 Ob hanc verò cauſam ex illo rerum aceruo, in quo nullæ cernebantur differentiæ ſingula ſunt orta elementa.9 Neq; enim cum permixtum, & confuſum erat vniuerſum ignem, aerem, aquam, & terram actu, & diſtincte continebat, ſed vnius quoddam naturæ corpus

4 Quemadmodum dicit, Solē album, & calidum, terram autem graue, & durum.

5 Ablatis igitur his differentijs (ſunt enim auferibiles genitę) manifeſtum eſt, quod neceſſe eſt fieri, & terram ex aqua, & aquam ex terra, ſimiliter autem, & aliorum vnūquodque:

6 Et non tunc ſolum, ſed & nunc, cum trāſmutantur paſſionibus.

7 Sunt enim ex quibus dicit Empedocles poſſibiles aduenire, & ſeparari rurſus, præſertim aduerſantibus ad inuicem adhuc lite, & amicitia:

8 Ideoq; & tunc ex vno generata ſunt:

9 Non enim ignis, & terra, & aqua exiſtētia adhuc, vnum erat omne.

pus vndiq; ſimile exiſtebat, cuius ſingulæ partes quaſcumq; ſine vllo diſcrimine differentias poterant ſuſcipere.

Præterea 1 & in eo quoque defecit Empedocles, quod ex ijs, quæ dixit haud ſatis conſtat, a vtrum ſit elementorum ſtatuendum principium confuſum illud rerum chaos, an potius ipſum ab ijs, quæ prodeunt elementis igne, terra, aere, & aqua, vt à proprijs dependeat principijs. 2 Etenim quatenus rerum chaos, vt materia ſubijcitur, ex eoq; tranſmutatione facta ignis, ac terra poſiliunt, proprium elementorum principium ſtatuendum videtur, cum ea ſit materialis conditio principij, vt ex ipſo cætera fiant: 3 quatenus vero coeuntibus elementis confuſum efficitur chaos, eoque diſſoluto prodeunt, ac gignuntur elemēta, ex ijs vt prioribus, ideoq; principijs rerum chaos informe conſtitui neceſſe eſt, cum id iure principium dicendum ſit, quod ſimplex magis eſt, atque in diſſolutione rerum manet. Igitur omninò defecit Empedocles haud ſtatuens elementa ne, an ipſum rerum chaos aſſerendum principium eſſet.

Iam ſatis patet ex Veteribus non defuiſſe, qui ſimplicem, ac ſubſtantialem rerum ortum, atq; interitum denegare auſi ſint.

Text. 3

1 Incertum autem, & vtrum principium ipſorum ponendum vnum, an multa, dico autem, & terram, & coordinata horum:

a *Philoponus.*

2 ſecundum enim quod, vt materia ſupponitur, ex quo mutata per motū fiunt ignis, & terra, & aqua vnum eſt elementum:

3 ſecūdum autem quod hoc quidem ex compoſitione fit, coeūtibus illis, illa autem ex diſſolutione, magis elementa quatuor illa, & priora natura.

Tex. 4.

1 Omnino itaq; de generatione, & corruptione ſimplici dicendum eſt, verum eſt, aut nó eſt, & quomodo eſt, & de alijs ſimplicibus motibus, puta de augmentatione, & alteratione.

Quare enitendum in præſentia eſt de ſimplici, ac ſubſtantiali rerum ortu, atq; interitu diſſerere, vtrum ſit, nec ne, & quo pacto ſit: tum etiam de ſimplicibus alijs motibus, vt de accretione, & alteratione dicendum eſt.

Sed antequam hanc determinare quæſtionem aggrediamur, quid generationis nomine intelligendum ſit Veterum opinionem refellentes, qui indiuiſibilium vnionem corporum generationem vocabant, demonſtrare oportet.

Tex. 5.

1 Plato igitur ſolum de generatione ſcrutat' eſt, & de corruptione quomodo exiſtant in rebus, & de generatione, non omni, ſed de ea, quæ eſt elementorum.

2 Quomodo auté carnes, aut oſſa, aut aliorum quid taliũ, nihil.

3 Amplius neq; de alteratione quomodo exiſtant in reb.

4 Omnino autem præter ea, quæ ſuperficie tenus, de nullo aliquis inſtitit, præter Democritum: hic auté videtur quidem de omnibus curaſſe.

5 Iam vero in eo, quod eſt quomodo, differt.

6 De augmentatione enim nullus quidé determinauit, vt diximus quod non, & quinis dicat, quod adueniente ſimili, augumentantur.

Plato 1 igitur de ortu ſolùm, atq; interitu quo modo rebus competant diſſeruit. Nec de rerum omnium ortu loquutus eſt, ſed de eo, quo ipſa dumtaxat elementa gignuntur. 2 Quo modo verò carnes, aut oſſa, aut aliud quippiam tale fiat, nihil dixit. 3 Præterea nec de alteratione, & accretione quo modo inſint rebus quicquam egit. 4 Atque nemo ex antiquis Philoſophis de vllo mutationem genere accurate, ſed ſuperficiaria tantum ratione diſſeruit, excepto Democrito, qui rerum omniũ cognitionem tradere conatus eſt: 5 etſi cuiuſque mutationis rationem, ac modum explicans ab ea maxime ſententia, quam tuemur, diſcrepet. 6 De accretione autem nihil, vt diximus viro Philoſopho dignum quiſquam definiuit, ſed

ſolum

Digitized by Google

ſolum id, quod excogitare quiuis facile poteſt, accretionem rei ſimilis acceſſione fieri, quoniam ſimile ei debeat alimentum reddi, in cuius vertitur ſubſtantiam. 7 Quo tamen pacto id fieret, quantum opus erat non explicarunt. 8 Nec de mixtione, nec de alia conſimili mutatione, vt de actione, & paſſione dixerunt, quonam modo hoc quidem agat, illud verò naturales affectiones patiatur. 9 At Democritus, & Leucippus indiuiſibilia varijs prædita figuris inducentes corpora ex his alterationem, & generationem tuentur. Nam horum coitione corporum res gigni, eorumdemque diſſolutione interire aiunt, tum verò alterari, cum in ipſa compoſitione penes ordinem, ac ſitum hæc variè commutantur corpora. Hac verò potiſſimum ratione moti infinita, eaque varijs prædita figuris induxerunt corpora. 10 Quicquid apparet, id verũ eſſe exiſtimabant, quæ autem apparent contraria, & diuerſa; peneque infinita videntur, vt opinionum comprobat varietas. Quare infinita, varijſque inſtructa figuris eſſe concludebant corpora, vt horum tranſpoſitione res alio, & alio modo afficerent ſenſum, idque contingeret, non ſolum vnius, vel minimæ acceſſione particulæ, ſed earum, quæ inſunt penes ordinem, ac ſitum mutatio-

 ne

7 Quomodo autem hoc, non vltra.

8 Neque de mixtione, neque de aliorum, vt ita dicam, vllo, vt de ipſo agere, aut ipſo pati, quomodo hoc quidem agit, illud vero patitur ſecundum naturales factiones.

9 Democritus autem, & Leucippus facientes figuras alterationem, & generationẽ ex his faciunt, ſegregatione quidem, & cõgregatione generationem, & corruptionẽ; ordine autem, & poſitione alterationem.

10 Quoniam autem exiſtimabant verum eſſe in apparendo, contraria autem, & infinita ſunt ea, quæ apparent, figuras infinitas fecerunt, ita vt tranſmutationibus ipſius compoſiti idem contrarium videatur alij, & alij, & tranſmutetur pauco immixto, & omnino aliud appareat vno tranſmutato.

11 Ex eiſdem enim tragædia, & comædia fit litteris.

Tex. 6.

1 Quoniam autẽ videtur fere omnibus eſſe aliud generationé, & alterationem, & generari quidem & corrumpi, quæ cógregãtur, & diſgregãtur, alterari autẽ mutatis paſſionibus, de his inſiſtẽtes ſpeculari oportet.

2 Dubitationes autẽ habent hæc, & multas, & rationabiles.

3 Nam ſi generatio eſt cógregatio, multa accidunt impoſſibilia.

4 Sunt autem rurſus rationis aliæ cogentes, nec faciles, vt diſſoluatur quod nó contingit aliter ſe habere, ſi generatio non ſit congregatio:

5 Aut omnino non eſt generatio, aut, ſi eſt, alteratio eſt.

6 An, etſi hoc diſſoluere ſit difficile, tentandum.

Tex. 7.

1 Principum autem horũ omnium eſt, vtrum ſic, & generantur, & alterantur, & augmẽtantur, & quæ ſunt, & his contraria patiuntur, primis magnitudinibus exiſtẽtibus indiuiſibilibus, aut nulla eſt magnitudo indiuiſibilis.

ne facta. 11 Atque hoc modo ex iiſdem litteris varie copulatis oritur omnis diuerſitas in dictionibus, quibus comædia, & tragædia conſtat.

Quoniam, 1 igitur ferè omnes arbitrãtur aliud generationem, & alteratioñẽ eſſe, atque res quidem gigni, ac interire, dùm coeunt, ac ſecernuntur indiuiſibilia corpora, alterari autem, cum penes affectiones, & qualitates accidit mutatio, de his diſſerere, & cum diligentia contemplari oportet. 2 Hæc enim plures, eaſq; rationis haud fines egredientes difficultates habent. 3 Nam ſi generatio ſit corporum indiuiſibilium congregatio multa ſequuntur incommoda, & impoſſibilia, vt in progreſſu patebit. 4 E contrario autem iis, qui generationem aliud quid eſſe pronunciant, multa occurrunt argumenta, quæ non parùm negotij faceſſunt. 5 Aut enim ſi aliud quicquam eſſe generationem dicamus è rerum natura generationem tollimus, aut ipſam cum alteratione confundimus. 6 Sed (quamquam) difficilia hæc ſint, pro viribus tamen ſoluere enitendum eſt.

Id 1 autem primò conſtituere oportet, num ad ſubeundas mutationes, de quibus agimus, ortum, accretionem, alterationem, aliaſq; oppoſitas mutationes indiuiduas fateri magnitudines ne-

ceſſe

eſſe ſit, an verò nullæ tales magnitudines in rerum natura exiſtant. 2 Hoc enim quamplurimum intereſt ad ſtatuendum quo pacto res gigni, augeri, & alterari queant. 3 Deinde ſi indiuiduæ concedantur magnitudines, vtrùm ne corpora ſint, vt Democritus, & Leucippus aſſerebant, an potius plana, & ſuperficies, vt Plato in Timeo docuit. 4 Hoc igitur ipſum, vt alio quoque diximus loco, naturalia corpora vſquè ad plana, & ſuperficies diſſolui rationis egreditur metas. 5 Quare conſentaneum rationi magis erit indiuiduas corporeas magnitudines aſſerere, ex quibus naturalia conſtenr corpora. 6 Etſi hæc perabſurda quoq; videatur opinio. 7 Nam qui corporeas inuehunt magnitudines, quonã pacto res gignantur, & alterentur explicare facillimè poſſunt, cum, vt diximus, cenſeant res alterari ob indiuiſibilium conuerſionem corporum, quæ alio, & alio ipſorum contactu, ordine, ac ſitu, differẽtijſq; figurarum mutatis accidit. 8 Vnde & Democritus aiebat colorem, cæteraſq; affectiones haud fixum, & ſtabile in rebus eſſe obtinere, ſed tum apparere, cum proprium ordinem corpuſcula, & poſitionem variant. 9 At qui naturalia corpora ex ſuperficiebus conficiunt, & in eas reſoluũt, nullam harum mutationũ probabilem cauſam afferre queunt,

2 Differt enim hoc plurimũ.

3 Et rurſus ſi magnitudines impaſſibiles, vtrũ, vt Democritus, & Leucippus, corpora hæ ſunt, an, vt in Timeo, plana.

4 Hoc igitur ipſum, vt & in alijs diximus irrationabile eſt vſq; ad plana diſſoluere.

5 Quapropter magis rationabile fuerit corpora eſſe indiuiſibilia.

6 Sed & hæc multam habent irrationabilitatem.

7 Attamen & hos alterationẽ, & generationem contingit facere, vt dictũ eſt, verſione, & cõtactu trãſmutantes idẽ, & figurarum differentijs.

8 Quod quidem facit Democritus: quapropter & colorẽ non dicit eſſe, verſione enim colorari.

9 Iis autem, qui in plana diuidunt, nõ amplius: nihil enim fit præter ſolida, compoſitis ſecundum latitudinem, paſſionem enim non poſſunt generare aliquam ex ipſis.

Digitized by Google

10 Cauſa, quare minus poſſunt conſeſſa videre, in experientia eſt.

11 Quapropter quicumq; magis verſati ſunt in naturalib. magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus multa poſſunt complicare:

12 Qui autem ex multis rationibus minime contemplatiui exiſtentium ſunt, ad pauca inſpicientes facilius enunciant.

Tex. 8.

1 Videbit autem quis, & ex his, quantum differunt, qui naturaliter, & qui logice conſiderant.

2 De eo enim, quod eſt, indiuiſibiles eſſe magnitudines, hi quidem inquiunt, quod ipſe triangulus multa erit.

queunt; cum ex ſuperficiebus non niſi ſolidum quid, mathematicum, & ſine materia, nulliuſque phyſicæ qualitatis particeps oriatur. 10 Hanc verò ob cauſam hi Philoſophi à veritate magis aberrarunt, quæq; manifeſta ſunt minus cernere potuerunt, quoniam experiẽtiam, quæ philoſophię parens eſt, neglexerũt, & à rebus, quæ ſub ſenſum cadunt ad mathematicas, & intelligibiles contemplationem auocarunt. 11 Quamobrem qui diutius circa rerum naturalium, ac ſenſibilium ſpeculationem verſati ſunt, eiuſmodi principia, quibus facilè adaptentur ea, quæ ſub ſenſum cadunt, perſpicere magis, & ſtatuere poſſunt. 12 Qui verò à mathematicis diſciplinis profecti communes dumtaxat rationes conſiderantes, conſultis haud quaquam ſenſibus, & experientiæ adhibita fide res naturales contemplãtur, ad paucos reſpicientes effectus, quibus earum innoteſcit quidditas, temere, & abſq; diligenti perſcrutatione de rebus naturalibus enunciant.

Ex 1 quibus manifeſtum eſt quãtum differant in veritatis inueſtigatione, qui res naturales earũ ſenſibilibus obſeruatis effectibus conſiderant, & qui haud proprijs, ſed communibus, abſtractiſq; rationibus vtuntur. 2 Etenim Plato ex eo probat indiuiduas eſſe magnitudines,

nes, quod aliter ſequeretur ideam trianguli in plures triangulos diuidi, quod tamen repugnat ideæ, quæ ſuapte natura indiuiſibilis eſt. 3 Democritus verò proprijs, atq; naturalibus idem rationibus perſuadere conatur, quemadmodũ in progreſſu patebit. Sic autem arguit ad indiuiduas ſtatuẽdas magnitudines. 4 Si corpus vnumquodq; ex indiuiduis corpuſculis conflatum non eſt, ſenſibile aliquod fateri corpus, ſeù magnitudinem oportet, quæ in omnes partes diuiſibilis ſit, & ſuapte natura in omnes partes diuidi queat. 5 At ſi diuiſio hæc in actum reducatur, quidnã erit id, quod diuiſionem effugit? 6 Si enim omni ex parte diuiſibile corpus eſt, idq; corpori ſenſibili ſuapte natura competit, nullũ vtique accidet impoſſibile ex eo, quod actu aliquando in omnes partes diuiſum eſſe dicamus, ſiuè tota ſimul diuiſio fiat, ſiue tantum ſucceſſiue accidat. Neque enim vllum ſequitur abſurdum, ſi id, quod actu eſſe poteſt, in actu aliquando eſſe ponamus. 7 Quare & ſi per medium poſſe diuidi corpus aſſeramus inconueniens non erit, ſi per medium actu diuiſum ſit. 8 Atque eodem modo ſi corpus ſuapte natura omni ex parte diuiſibile ſit, nullum ſequetur abſurdum ex eo, quod actu in omnes partes diuiſum exiſtat, 9 quemadmodũ nec ſi in

3 Democritus autem videbitur vtiq; proprijs, ac naturalibus rationibus perſuaderi: manifeſtum autẽ erit, quod dicimus, procedentibus.

4 Habet enim dubitationẽ, ſi ſi quis ponet corpus quoddã eſſe, & magnitudinem omniquaque diuiſibilem, & hoc poſſibile.

5 Quid enim erit, quod diuiſionem effugit?

6 Si enim omniquaq; diuiſibile eſt & hoc poſſibile ſit, ſiue ſimul ſit hoc omnino diuiſum (& ſi non ſimul diuiſum ſit,) ſiue hoc fiat, nullũ erit vtique impoſſibile.

7 Quapropter & ſecundũ ipſum medium ſimiliter:

8 Et omnino etiam, ſi omni ex parte natura eſt diuiſibile, quamuis ſit diuiſum, nullum erit impoſſibile factum:

9 Quoniam neq; ſi in decem

millia decies millies diuiſa fuerint, vllum eſt impoſſibile, etſi forſitan nullus vtique diuidet.

30 Quoniam ergo omniquaq; tale eſt corpus, diuidatur.

31 Quid igitur erit reliquum? magnitudo?

32 Non enim eſt poſſibile: nõ erit quippiam non diuiſum, erat autem omniquaque diuiſibile.

33 At vero, ſi nullum erit corpus, neq; magnitudo, diuiſio autem erit, aut ex pũctis erit, & ſine magnitudine ea erũt, ex quibus componitur, aut nihil prorſus: quare, & ſi generabitur ex nihilo, & ſi erit compoſitũ, & ipſum vtiq; vniuerſum nihil, niſi apparens.

34 Similiter autem, & ſi fuerit ex punctis, non erit quantũ.

ſi in infinita infinities diuiſũ fuerit. Quã quam fortaſſe reperiatur nemo, qui eiuſmodi corpus in omnes actu partes diuidat. [30] Quoniam igitur ſenſibile corpus omni ex parte diuiſibile eſt, ipſum in omnes actu partes diuiſum eſſe ponamus. [31] Quidnam erit id, quod facta diuiſione remanet? an magnitudo? [32] At hoc impoſſibile eſt. Neque enim corpus, ac magnitudo in omnes actu partes diuiſionem recepiſſet; ſupponimus autem vnamquamq; magnitudinem ſuapte natura diuiſibilẽ eſſe. [33] Quod ſi id, quod facta diuiſione remanet, nec corpus, nec magnitudo eſt, aut ex punctis diuiſio erit, aut ex nihilo. Si ex pũctis, magnitudine carebunt ea, ex quibus conflatur corpus; atq; ex ijs cõſtabit magnitudo, quę ſunt magnitudinis expertia. Si verò ex nihilo contingat diuiſio, ex nihilo fiet corpus, atq; ex nihilo erit compoſitum; ex ijs enim vnumquodque fit, ex quibus conſtat. Quare & ipſum vtique totum ſenſibile corpus nihil erit, ſed quandam eſſentiæ dumtaxat vmbram, & imaginem habebit. [34] Præterea ſi corpus, & magnitudo conſtet ex punctis, expers magnitudinis erit, at hoc manifeſtam inuoluit contradictionem, ergo ex punctis eſſe corpus, & magnitudo nequit. Sequela maioris probatur, nam ſi ex punctis conflatum corpus magnitu-

 dinem

dinem haberet, ijs detractis imminuere tnr magnitudo, & additis augeretur. 15 At cum in eadem ſeſe magnitudine tangunt puncta,& ſimul exiſtunt, vnaq; magnitudo eſt, maius haud ipſum reddunt corpus. 16 Si enim in duas,vel plures partes diſſecetur continuum, pluraque auferantur puncta, nec maius, nec minus totum redditur continuum,|quā prius eſſet. 17 Quare etſi omnes ablatæ partes, omniaque ſimul exiſtant puncta, haud vnquam efficient corpus, quod magnitudinem habere queat. 18 Verum ſi quis dicat peracta diuiſione quaſdam particulas relinqui ſimiles ramentis, quæ è nonnullis diſſectis corporibus decidere videmus, itàque corpus aliquod è magnitudine abſcedere, eadem redibit quæſtio, quonam modo diuiſibile id ſit, quod corpore diſſecto excidit. 19 Quod ſi id, quod abſcedit, corpus non ſit, ſed forma quædam, & affectio ſeparabilis, ipſaque magnitudo ex ſolis concreſcat punctis, aut quibuſdā alijs ſeſe tangentibus indiuiduis, 20 idem fateri cogimur abſurdum ex ijs magnitudinem conſtare, quæ ſunt magnitudinis expertia. 21 Prçterea ſi diuiſa magnitudine remanent puncta a quemnam occubant locum? Occupare quidē neceſſe eſt, quoniam ex ijs conflata magnitudo in loco inerat. At quomodo

15 Quando enim tāngebant ſe in vna magnitudine, & vna erat magnitudo, & ſimul erat, nihil faciebant maius ipſum totum:

16 Diuiſo enim in duo,vel plura,neq; maius,neq; minus eſt ipſum totum,quam prius.

17 Quare ſi etiā omnes ſimul poſitæ fuerint, nullam faciēt magnitudinem.

18 Sed,& ſi quid, veluti raſura,diuiſo corpore ſit,& ſic ex magnitudine corpus quoddam abit eadem ratio, illud quomodo diuiſibile.

19 Si vero non ſit corpus, ſed forma aliqua ſeparabilis, aut paſſio,quod receſſit, & eſt ipſa magnitudo puncta,vel tactus hoc patientes;

20 inconueniens eſt ex nō magnitudinibus magnitudinem eſſe.

21 Amplius autem vbi erūt & immobilia,& mota puncta?

a *Philoponus.*

ea, quæ nullam dimenſionem habent, vendicare ſibi locum apta ſunt? Manifeſta contradictio hæc eſt, ergo ex diuiſione magnitudinis haudquaquam ſuperſunt puncta. Deinde aut relicta mobilia ſunt puncta, aut immobilia. Ne dicas immobilia, quo modo enim ad conſtituendam magnitudinem moueri poterunt? Nec mobilia eſſe affirmes, quoniam ſolis corporibus ad locum ferri competit, ergo puncta non ſunt, quæ diuiſa magnitudine exiſtunt. 22 Deniq; ea, quorum interuentu fit tactus, ſemper differunt ab ijs, quæ ſe tangunt, vt inductione manifeſtum eſt, idemque in diuiſione accidit, vt quæcumque diuidi penes aliquid diſtinctum ſoleant. Si ergo medijs punctis ſeſe magnitudines tangunt, ac diuiſionem ſubeunt, quid aliud præter puncta in quacumque magnitudine aſſignabile erit? Quare diuiſa magnitudine haud relinquentur puncta, ſed alia, penes quæ tactus, & diuiſio fiat. 23 Hæc igitur ijs accidunt abſurda, qui ſenſibile vnumquodq; corpus omni ex parte diuiſibile aſſerunt. 24 Quamobrem ſi fieri nequit vt ex affectionibus ſeſe tangentibus, aut punctis magnitudo, & corpus ſenſibile conſtet, ex indiuiduis neceſſario corpuſculis, & magnitudinibus conflatum erit, quarum coalitu, abſceſſuque rerum ortus, ac interi-

22 Tactuſq; ſemper vnus duorum quorumdam, tanquam exiſtente aliquo præter tactum, & diuiſionem, & punctum.

23 Si itaque quis ponat quoduis, aut quantumuis corpus omniquaque diuiſibile, hæc omnia accidunt.

24 Quapropter ſi quidem eſt impoſſibile ex tactibus aut punctis eſſe magnitudinem, neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eſſe, atq; magnitudines.

tus perficiantur. [25] Verum & ij, qui indiuidua hæc aſtruũt corpora, maximis, ac pluribus premuntur difficultatibus, de quibus ſufficienter alibi conſideratum eſt. [26] Sed quæ afferunt argumenta in præſenti diſſoluere oportet, vt propoſitam de rerum ortu, ac interitu controuerſiam dijudicemus. Quamobrem iterum, quam Democritus propoſuit dubitatio repetenda eſt.

Aduertendum [1] autem eſt omne corpus ſenſibile ſecundum quamlibet ſui partem diuiſibile, & indiuiſibile eſſe. [2] Nam potentia diuiſibile eſt, quia omnis in eo aſſignabilis pars ſubire diuiſionem poteſt; [3] actu vero indiuiſibile, quia diuidi actu ſecundum quamlibet ſui partem nequit. Non enim corporis ſenſibilis vnaquæq; pars, ita diuidi poteſt, vt amplius nulla diuiſibilis remaneat, ſed quacumq; diuiſione facta vlterior ſemper fieri diuiſio poteſt. [4] At corpus ſenſibile ſecundum quamlibet ſui partem diuiſibilem potentia non eſſe, ſic Democritus probare conatur. [5] Si fieri poteſt, [a] vt corpus ſenſibile omni ex parte diuidatur, diuiſum actu omni ex parte aliquando exiſtat, non quidem vt ſimul actu ſecundum quamlibet diuiſum partem, atque indiuiſum ſit, ſed vt proꝛſus omni ex parte diuiſũ fiat. [6] Iam quid præter puncta diuiſio-

25 At vero, & hæc ponẽtibus non minus accidit impoſſibile, cõſideratum autem eſt de his in alijs.

26 Sed hæc ſoluere tentandũ eſt: quapropter rurſus à principio dubitationem dicere oportet.

Tex. 9.

1 Omne igitur corpus ſenſibile eſſe diuiſibile ſecundum quodcũque ſignum, & indiuiſibile non eſt abſurdum:

2 Hoc enim potentia diuiſibile,

3 illud vero actu exiſtit.

4 Eſſe autem ſimul omniquaque diuiſibile potentia impoſſibile videtur eſſe.

5 Si enim poſſibile, & ſi fiat, non tamen vt ſit ſimul ambo actu, indiuiſibile, & diuiſum, ſed diuiſum ſecundũ quodvis ſignum:

a *S. Thomas.*

6 nihil igitur erit reliquum,

ne corporis facta remanet? [7] Neceſſe quidem fateamur eſt in ea diſſolui corpus, quę expertia corporis ſunt. Et quoniam ex iiſdem conſtat vnumquodque penes quæ diſſolutio fit, [8] ex punctis, aut ex nihilo prorſus oriri corpus ſenſibile oportet. [9] At hoc quiſnam fieri poſſe conſtanter dicet? [10] Manifeſtum præterea eſt ſenſibile corpus in eas diuidi partes, quæ per ſe, ac ſeorſim exiſtere queunt, & in minores perpetuò magnitudines, quæ diſtantes loco, & ſeiunctæ conſiſtunt, quouſq; ſectio ad exigua perueniat corpora, quæ amplius pati diuiſionē apta non ſint [11] Quare nec is, qui ſucceſſiue diuidit in infinitum procedit, nec fieri poteſt, vt ſecundum quamlibet partem ſenſibile diuiſum exiſtat corpus, ſed in eas tandem incidit ſectio partes, quæ diuidi vlterius nequeunt. [12] Neceſſe igitur eſt indiuiduas fateri magnitudines, quæ ob exiguitatem oculorum effugiant ſenſum, Soliſq; dumtaxat lumine percuſſæ appareant. [13] Atq; has inſuper magnitudines aſtruere ortus, ac rerum interitus videntur, cum iis coeuntibus gignantur omnia, iiſdemq; ſecretis intereant. [14] Hæc autem Democriti ratio eſt, quæ nos ad indiuiduas aſſerendas magnitudines vrget. [15] Sed latens eſt in hoc argumento aperiendus error.

Aſſero

7 & in incorporeum corruptum erit ipſum corpus,

8 & generabitur vtiq; rurſus, aut ex punctis, aut omnino ex nihilo.

9 Et hoc quomodo erit poſſibile?

10 At vero, quod diuidatur in ſeparabiles, & ſemper in minores magnitudines, & in ſe motas, & ſeparatas manifeſtum eſt.

11 Neque itaq; ſucceſſiue diuidenti erit infinita in minutas partes ſectio, neque ſimul poſſibile eſt eſſe diuiſum ſecundum omne ſignum, (non enim poſſibile eſt) ſed vſq; aliquid.

12 Neceſſe eſt igitur inſecabiles ineſſe magnitudines inuiſibiles,

13 & præſertim ſi erit generatio, & corruptio, hæc quidem ſegregatione, illa vero congregatione,

14 Ratio igitur, quæ cogere videtur eſſe magnitudines inſecabiles, hæc eſt.

15 Quod autē latet obratiocinans, & qua latet dicamus.

16 Aſſero igitur quoniam in magnitudine haudquaquam actu inſunt puncta, quæ ſimul cohæreant, partim quidem magnitudinem in omnes partes eſſe diuiſibilem, partim verò non eſſe. Etenim magnitudo ſecundum quamlibet partem, ſic diuiſa non eſt, vt amplius nulla diuiſibilis remaneat. 17 Atq; ſi hoc fateamur, etiam vbique actu, & in qualibet magnitudinis parte ineſſe punctum fateri cogimur, ſicq; neceſſario diuiſionem magnitudinis ad nihil terminari. 18 In quacunque enim aſſignabili parte actu inerit punctum, ac proinde, aut ex affectionibus ſeſe tangentibus, aut ex punctis magnitudo conſtabit. 19 At verò magnitudo, potentia, & quadam ſucceſſione in omnes partes diuiſibilis eſt 20 in quacumque enim eius parte ſumere punctum licet, in quo diuiſio fiat, omniaque eiuſdem conditionis puncta ſunt, vt in ijs fieri diuiſio poſſit. 21 Accepto autem puncto, in quo diuiſio contingit, immediatum aliud ſumi punctum nequit, in quo ſimiliter accidat diuiſio. 22 Neq; enim ſimul cohærent in magnitudine puncta, actuq; proinde in quacumq; eius parte non inſunt. 23 Quod ſi ſecundum actu inexiſtens punctum diuiſibilis magnitudo eſſet, & ſecundum aliud quoq; punctum cohærens diuidi poſſet, cum eadem

16 Quoniã enim non eſt pũctum puncto contiguum eſſe omniquaq; diuiſibile, eſt quidem vt ineſt magnitudinib; eſt autem vt non.

17 Videtur autem quãdo hoc poſitũ fuerit, & vbiq; & omnĩ in parte punctum eſſe: quare neceſſe eſt diuiſam eſſe magnitudinem ad nihil.

18 Vbiq; enim eſſe punctũ: quare aut ex tactibus, aut ex punctis eſſe.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

19 Hoc autem vt ineſt, in omni parte eſt,

20 quia vnum vbiq; eſt, & omne vt vnumquodque.

21 Plura autem vno nõ ſunt;

22 Cõſequenter enim nõ ſunt; quare non omni in parte.

23 Si enim ſecũdum medium eſt diuiſibilis, & ſecundum contiguum punctum erit diuiſibilis.

Digitized by Google

eadem ratione magnitudo in omnibus actu punctis ſubire diuiſionem queat. [24] At hoc falſum eſt, neque enim ſimul cohærent in magnitudine pūcta. [25] Atqꝫ ſi id eſſet, in puncta magnitudinem diuidi, aut ex punctis eſſe conflatam aſſerere oporteret. Quare in omnes partes ſic diuiſibilis magnitudo erit, vt in quacumqꝫ accepta parte diuidi queat, perpetuaqꝫ efficiatur diuiſio, haud tamen ſic erit diuiſibilis, vt in omnem actu partem eſſe diuiſa poſſit: quandoquidem non actu, ſed ſola potentia cōtinet puncta, in quibus fieri diuiſionem magnitudinis contingit. [26] Ex his patet rerum poſſe congregationem, & ſecretionem conſiſtere: [27] verum nec ex indiuiduis corporibus coagmētari omnia, nec in indiuidua reſolui, cum plura inde emergant abſurda, nec fieri omnem in partem ſenſibilis diuiſionē corporis, vt coire ſimul, ac ſecerni queant [28] (id enim eueniret, ſi puncto hæreret punctum) [29] ſed in parua, ſemperque minora corpora diſſolui, atqꝫ ex paruis, ac minoribus perpetuò coaleſcere.

Quæres quo modo in magnitudine inſit potentia, quæ actualem partium diuiſionem reſpicit, & quo modo in actum reducatur? Reſpondeo [a] in magnitudine duplicem poſſe conſiderari potentiam: alteram quidem ad completam diui-

24 Hoc autem non: non enim eſt contiguum ſigno, aut punctum puncto,

25 hoc autem eſt diuiſio, aut compoſitio.

26 Quare eſt, & congregatio; & ſegregatio,

27 ſed neqꝫ in impartibilia, & ex impartibilibus (multa enim ſunt inconuenientia) neque ita, vt omni in parte diuiſio facta ſit:

28 (ſi enim eſſet contiguū pūctum puncto, hoc vtiqꝫ eſſet)

29 ſed in parua, & minora eſt ſegregatio & cōgregatio ex minoribus.

diuiſionem ratione cuius ita ſit diuiſa magnitudo, vt diuidi vlterius nequeat; alteram vero ad incompletam diuiſionem, ratione cuius ita diuidatur magnitudo, vt nunquam deficiat diuiſio, ſed perpetuò, ac ſemper fieri poſſit. Iam magnitudo eſſentialem habet potentiam ad poſteriorem diuiſionem, tanquam ad proprium, & adæquatum actum, eaq; exiſtente incolumis ſeruatur magnitudo. At priorem diuiſionem, vt quid propriæ deſtructiuum entitatis reſpicit, eaq; ſi contingat ſeruari magnitudo, & conſiſtere nullo modo poteſt. Quare magnitudinis potentia, tum in proprio diuiſionis actu exiſtit, cum ita diuiditur, vt diuidi vlterius perpetuò queat: quemadmodum, & diem actu adeſſe dicimus, non quia totus ſimul adſit, ſed quia eius aliqua præſente parte aſſignari alia poteſt, quæ aduenire debeat.

Tex. 10.

1 Sed non ſimplex, & perfecta generatio congregatione, & ſegregatione determinata eſt, vt quidam aiunt;

At verò [1] licet corporum coalitum, & ſecretionem fateamur, aſſerendum tamen eſt, nec ſimplicem, ac perfectum rerum ortum coeuntibus corporibus fieri, nec interitum ijſdem ſecretis, vt qui Democritũ ſequuntur aiunt, [2] nec alterationem corpuſculis penes ordinẽ, ac ſitum mutatis accidere. [3] Etenim idipſum eſt, in quo errant: Atq; ſimplex, ſubſtantialis ea rectè generatio, & cor-

2 eam vero, quæ in continuo eſt, tranſmutationem alterationem.

3 Sed hoc eſt, in quo errant omnia: eſt omnis generatio ſimplex, & corruptio, non cõgregatione, & ſegregatione,

ruptio

ruptio dicitur, quæ haud coagmētatis, ac diſſolutis corporibus fit, ſed tū verè accidit, cum ex hoc in hoc mutatur quidpiam, & ſubſtantia gignitur, ac interit. 4 Alij verò omnem eiuſmodi mutationem alterationem eſſe putant. 5 At hoc haud ita ſe habet. Nā in quouis naturali compoſito altera quidem pars habet rationem formæ, à qua eſſentia, ac definitio dependet, altera autem rationem materiæ. 6 Cum igitur in his accidit mutatio, ita vt materia vnam abijciat formam, & alteram ſuſcipiat, ſubſtantialis productionem formæ generationem, abiectionem verò corruptionem vocamus. 7 Quod ſi in affectionibus, & accidentibus manente ſubſtantia contingat mutatio, factam alterationem eſſe dicimus. 8 Verum id ingenuè fateri oportet partium coalitum, & diuiſionem nonnihil ad rerum interitum facere, quatenus ea, quæ in minutiores partes diſſecta ſunt, quia minus reſiſtunt, corruptioni magis patent, quæ autem collectiora, & grandiora exiſtunt, quia acrius obluctantur, corruptionem diutius inhibent. 9 Magna enim aquarum vis collecta in aerem tardius vertitur, in plures verò guttulas diuiſa citius formam aeris patitur. 10 Sed de his alibi commodiori oblata occaſione dicemus. Illud autem

in

ſed cum mutatum fuerit ex hoc in hoc.

4 Alij autem putant alterationem eſſe omnem talem mutationem.

5 Hoc autem differt: nam in ſubiecto, hoc quidē eſt ſecundum rationem, illud autem ſecundum materiam.

6 Quando igitur in his fuerit tranſmutatio, generatio erit, aut corruptio:

7 quando autem in paſſionibus, & ſecundum accidens, alteratio.

8 Quæ autem ſegregantur, & congregantur, facile corruptibilia ſunt;

9 Si enim in minores aquas aqua diuiſa ſit, citius aer generatur, ſi autem congregata ſit, tardius.

10 Magis autem erit manifeſtum in ſequētibus; nunc autem tantum determinatū ſit,

in præſentia ratum, ac firmum ſit, generationem corpuſculorum coniunctionẽ non eſſe, quam Democritus, eiuſque ſectatores tuebantur.

His [1] iactis fundamentis, quidque ſubſtantialis ortus, ac interitus nomine intelligere oporteat ſtatuto, ſpeculandum eſt, vtrùm aliquid propriã, & ſimpliciter, totaq; ſubſtantia gigni, ac interire queat, an propriè quidem nihil, ſed omnia ſecundum quid ſolum, & ex aliquo fiant. [2] Quemadmodum ſi Socratem ex ægroto fieri ſanum, atque ex ſano ægrotum, aut ex magno paruum, & ex paruo magnum dicamus, ſicque aliæ ſimiles mutationes contingant. Ita verò inſurgũt Veteres ad ſubſtantialem auferendam generationem. [3] Si daretur generatio ſimpliciter, fieret aliquid ex non ente ſimpliciter, [4] ipſumque non ens, tanquam materia ad rerum conſtitutionem concurreret: at hoc abſurdum, & impoſſibile eſt, ergo generatio ſimpliciter dari nequit. Antecedens patet. [5] Nam generatio ſecundum quid ex non ente aliquo fit, vt cũ ex non albo fit album, & ex non bono bonum, quare & generatio ſimpliciter ex non ente ſimpliciter erit. Ex terminis enim proprium ſortitur generatio nomen, atque ſi generatio ſimpliciter dicitur, ens, & non ens, quibus ipſa de-

D finitur

quod impoſſibile eſt generationem eſſe congregationẽ, qualem quidam aiunt.

Tex. 11.

1 Determinatis autem his, primo ſpeculandum, vtrũ ſit aliquid quod generatur ſimpliciter, & corrumpitur, an proprie quidem nihil ſemper autem ex aliquo, & aliquid.

2 Dico autem, vt ex laborante ſanum, & laborans ex ſano, aut paruum ex magno, & magnum ex paruo, & omnia alia hoc modo.

3 Si enim ſimpliciter erit generatio, ſimpliciter vtiq; fiet ex non ente.

4 Quare verum fuerit dicere, quod ineſt quibuſdam ipſum non ens.

5 Quędam enim generatio ex non ente aliquo, vt ex non albo, aut ex non bono, ſimplex autẽ ex ſimpliciter non ente.

Digitized by Google

finitur ſimpliciter ſumere oportet. Sed impoſſibile, & abſurdum eſſe aliquid ex non ente ſimpliciter gigni, ſic Veteres probant. 6 Ipſum ſimpliciter ens, aut ſignificat primum, ac ſupremum genus in vnoquoque prędicamento, aut ens commune indicat, omnia continens prædicamenta, ac proinde ſimpliciter non ens, aut negationem totius entis vniuerſaliter ſumpti ſignificat, aut negationem entis, quod in aliquo prædicamento, vt ſupremum continetur genus. Vtrumuis dicatur, aſſerere oportet generationem ex nihilo fieri. 7 Nam ſi in ſubſtantia ens pro ſupremo illius prædicamenti ſumamus genere, ſubſtantiæ generatio ex non ſubſtantia fiet. Aut ergo hæc non ſubſtantia aliquod ex alijs prædicamentis eſt, aut nullum ex eis. Si dicas eſſe aliquod aliorum prædicamentorum, ergo affectiones, & accidentia ſeparari à ſubſtantia, & abſque ea conſiſtere poſſunt, quod tamen impoſſibile eſt. 8 Cui enim ſubſtantia, & hoc aliquid non competit, nec ei cætero rum prædicamentorum vllum, vt qualitatem, quantitatem, aut vbi competere poſſe, clarum eſt, cum ſubſtantiæ adminiculo fulciantur accidentia, eoq; dempto reliqua tolli funditus oporteat. 9 Si verò dicas non ſubſtantiam ex alijs prædicamētis nullum eſſe, purum ex neceſ-

ſita-

6 Ipſum autē ſimpliciter, aut primum ſignificat ſecundum vnumquodq; prædicamentorum ipſius entis, aut vniuerſale, & omnia compræhendens.

7 Si igitur primum, ſubſtantiæ erit generatio ex nō ſubſtantia:

8 Cui uero non ineſt ſubſtantia, neq; hoc, manifeſtum eſt, quod neq; aliorū vllum prædicamentorum, vt neq; quale neq; quantum neq; ipſum vbi; ſeparabiles enim eſſent paſſiones à ſubſtantijs.

9 Si autem non ens omnino, negatio erit vniuerſaliter omnium;

ſitate non ens erit. [10] Quare ex nihilo ſubſtantiæ generationem eſſe fateri cogimur, ſi ipſum non ens pro ſubſtantiæ negatione ſumamus. At verò ſi per ſimpliciter non ens totius entis vniuerſaliter ſumpti negationem ſignificemus, etiam ex nihilo ſubſtantia fiet. Quare ſi ex non ente ſimpliciter eſſe generationem dicamus, ex nihilo quicquid ſimpliciter fit oriri, admittamus oportet. Quis autem id ſine rubore fateri audeat? ergo abſurdum, & impoſſibile eſt generationem ex non ente ſimpliciter fieri. [11] Sed de his latius in Phyſicis dubitatum ſimul, atque definitum fuit. Verum & in prȩſentia quoq; breuiter dicamus oportet, partim quidem omnia ex non ente ſimpliciter fieri, partim vero ex ente ſimpliciter. [12] Etenim fiunt omnia ex materia, quæ ipſum ſimpliciter ens, & hoc aliquid in potentia eſt, atque eo deſtituta, priuſquam gignatur, exiſtit. Quare propoſitam ſoluentes dubitationem dicimus, haud omnia ex ſimpliciter non ente fieri, quoniam ex materia fiunt, quæ ad ipſum ſimpliciter ens in potentia eſt: atque ex non ente ſimpliciter omnia gigni, quoniam ex materia gignuntur, quæ actu ſimpliciter ente priuata eſt. Neque enim purum videtur nihil, ſed potentia ſimpliciter ens, & medium quid inter ſimpliciter ens, &

10 Quare ex nihilo neceſſe eſt id generari, quod generatur.

11 De his igitur in alijs dubitatum eſt atq; determinatum ſermonibus amplius, breuiter autem, & nūc dicendum eſt, quod aliquo quidem modo ex non ente ſimpliciter generatur, modo autem alio ex ente ſemper.

12 Ipſum enim potentia ens, actu autē non ens neceſſe eſt præexiſtere, dictum vtroque modo.

13 Quod autem, & his determinatis admirabilem habet dubitationem, rurſus diligenter eſt inquirendum quomodo eſt ſimplex generatio, ſiue ex potentia ente, ſiue etiã quodammodo aliter.

Tex. 12.

1 Dubitabit enim aliquis, an ſit ſubſtantię generatio, & huius, ſed non talis & tanti, aut ipſius vbi. eodem autem modo, & de corruptione.

2 Si enim quid generatur, manifeſtum eſt, quod erit potentia ſubſtantia aliqua, actu autẽ non, ex qua generatio erit, & in quam neceſſe eſt id trãſmutari, quod corrumpitur.

3 Vtrũ igitur inerit quid huic aliorum actu? dico autem, vt nunquid erit quantum, aut quale, aut vbi id quod potentia ſolum eſt hoc, & ens, ſimpliciter autem, non hoccine, neq; ens.

4 Si enim nihil, ſed omnia potentia, & ſeparabile accidet id eſſe, quod ſic eſt non ens, & inſuper quod maxime timentes erant, qui primi philoſophati ſunt, ex nullo generari præexiſtente.

a *S. Thomas.*

5 Si autem hoc quidem, eſſe hoc aliquid, aut ſubſtantiam, nõ exiſtet, ſed aliorum quidpiam prędicamentorũ erunt,

non ens. 13 Sed his determinatis id rurſum exacte diſquiramus oportet, quod miram habet ambiguitatem', quonam pacto ſimplex generatio ſit, ſiue ex ente in potentia, ſiue alio quouis modo fiat.

Dubitabit [1] enim aliquis, an propriè gignatur, ac intereat ſubſtantia, & hoc aliquid? Neq; enim de alteratione, quæ ad quale, nec de accretione, quæ ad quantum, nec de latione, quæ ad ipſum terminatur vbi licet ambigere. 2 Et ſane ſi quid gignitur, quandam fateri cogimur naturam, quæ ſubſtantia non actu, ſed poteſtate ſit, ex qua vt ſubiecto generatio fiat, & in quam id tranſmutari queat, quod interit. 3 Vtrum igitur huic naturæ, quæ hoc aliquid, & ſubſtantia poteſtate eſt, actu verò, & ſimpliciter, nec ſubſtantia, nec hoc aliquid videtur, ex alijs prædicamentis quidpiam actu inerit, vt quale, aut quãtum, aut vbi, an potius nihil? 4 Si hæc natura, [a] quam materiam dicimus, actu habet nihil, ſed omnia poteſtate eſt, id, quod actu nullum ens eſt, ſeparabile erit, atque in rerum natura ſubſiſtet, idque præterea accidet, quod maxime horruerunt ij, qui philoſophari cæperunt, ex nihilo omnia præexiſtẽte gigni. 5 Quod ſi materia ſubſtantia quidem, & hoc aliquid poteſtate ſit, ſed actu ex alijs prædicamentis quidpiam habeat, affe-

affectiones, & accidentia, vt antea quoque diximus, ab ea, quæ actu ſubſtantia eſt, ſeiungi, ac ſeorſim exiſtere poterunt. At hæc abſurda, & impoſibilia ſunt, vana ergo prioris difficultatis allata ſolutio eſt, ſubſtantiam ex materia gigni, quæ poteſtate ſubſtantia ſit.

quemadmodum diximus ſeparabiles paſſiones a ſubſtantijs.

Atque vt facilior difficultatis huius pateat ſolutio, aliud quoddam adnectendum dubium eſt, quo declarato, ac ſoluto prioris quoque difficultatis eluceſcet veritas.

Tex. 13.

Et de his igitur quantum fieri poteſt tractandum eſt, & quæ cauſa ſit, vt generatio ſemper ſit, & quæ ſimpliciter, & quæ ſecundum partem.

a *Philoponus.*

S.Thomas.

Id igitur ſpeculari, ac ſcire enitendum eſt, quam ob cauſam perpetua, ac perenni ſucceſſione eorum ortus, ac interitus exiſtant, [a] quæ, & penes ſubſtantiam, & penes affectiones, & accidentia oriuntur, & occidunt.

Tex. 14.

1 Cum autẽ ſit cauſa, vnã quidẽ vnde principium motus eſſe diximus, vna autem materia, talem cauſam dicere oportet.

Quoniam [1] verò duplex rerum ortus, atq; interitus cauſa eſt, altera quidem efficiens, vnde motus principium eſt, altera autem materialis, ex qua præexiſtente res fiunt, & conſtant, materialem dumtaxat perpetuæ generationis cauſam contemplari oportet. [2] Efficiens autem, quo nunquam rerum ortus, ac interitus deficiunt, quemadmodum ex libris apparet, in quibus de motu egim⁹, eſſe duplex videtur. Aliud quidem per totam æternitatem immobile, vt mouens primum, à quo vnus ęternus, ac perpetuus exit motus. Aliud verò

2 De illa enim dictũ eſt prius in de motu ſermonibus, quod eſt illud quidẽ immobile per omne tẽpus, hoc vero quod mouetur ſemper.

verò ſemper mobile, vt cæleſte corpus, quod perennem, & continuam ſucceſſionem motuum efficit. [3] Atq; de primo quidem, & immobili principio exacte diſſerere ad primum Philoſophum ſpectat. [4] De eo autem, quod perpetuo agitatum motu cætera mouet, poſterius contemplandum eſt, cum cæleſtis motione corporis quæcumque in ſublunari hoc mundo exiſtunt indiuidua perpetua oriri ſucceſſione, atque interire, æternamque ſeruare ſpeciem docebimus.

Quamobrem [1] in præſentia materialem dumtaxat afferre cauſam oportet, ob quam rerum ortus, atq; interitus deficere nequeant. [2] Hac enim perpetuæ generationis cognita cauſa patebit, quonam modo propoſita de ſimplici rerum ortu, atque interitu ſolui difficultas queat.

Congrua [1] verò, arduaque emergit dubitatio, quam ob cauſam generationi ſemper cohæreat generatio, & altera alteram ſubinde ſequatur. [2] Etenim corruptio in non ens abit, atque non ens eſſe nihil videtur, quandoquidem nec ſubſtantia, nec qualitas, nec quantitas, nec vbi, nec vllum aliud accidens eſſe non ens queat. [3] Iam ergo ſi perpetuo aliquid gignitur, atque interitum patiens in nihilum cedit, mirum profecto

3 Horum autem de immobili quidē Principio diſtinguere prioris eſt philoſophiæ.

4 De eo autem, quod proptere a quod continuè mouetur, alia mouet, poſterius aſſignandum eſt, quę talis eorum, q ię ſingularia dicunt, cauſa eſt.

Tex. 15.

1 Nūc autem eam, quæ vt in materiæ ſpecie ponitur, cauſam dicamus, ob quam ſemper generatio, & corruptio non deficiunt ſecundum naturam:

2 Simul enim forſitan hoc fiet manifeſtum & de eo, quod nunc dubitatum eſt, quonam pacto oporteat dicere de ſimplici generatione, & corruptione.

Tex. 16.

1 Habet autem dubitationem idoneam, & quæ cauſa ſit, vt connectitur generatio:

2 ſiquidem quod corrumpitur ad non ens abit, non ens autem nihil eſt, neque enim quid, neq; quale, neq; quantū neq; vbi ipſum non ens.

3 Si igitur ſemper aliquid eorum, quæ ſunt, abit, cur non cōſumptum eſt iamdudum, & inane ipſum vniuerſum?

Digitized by Google

ctò eſt, quod tota rerum vniuerſitas nondum exinanita, & conſumpta ſit, 4 finita exiſtente materia, ex qua omnia gignuntur corpora. Quare cum id nō appareat, fateamur neceſſe eſt, haud perpetuo rerum generationes accidere. 5 Dices, etſi ea, quæ intereunt, penitus euaneſcant, ſemper tamen gignendis rebus materiam ſupereſſe, propterea quod interminata, & infinita ſit. At hoc impoſſibile videtur, quoniam in Phyſicis demonſtratum eſt nullam actu magnitudinem infinitam eſſe. 6 Inſtabis [a] materiam infinitas potentia continere partes, atque in eas perpetuò diuidi poſſe, ſicque æternam rerum generationem effici. At quæro de hac diuiſione, qua partes ab ipſa auferuntur materia, vtrum in eas contingat partes, quæ æquales, aut maiores ſint, an potius in eas, quæ minores perpetuò fiant? Si æquales, aut maiores ſemper detrahantur partes, ipſa tandem conſumetur materia, cum vnumquodq; finitum æqualium detractione partium, quæ haud ſeſe includant, conſumatur. 7 Si verò minores ſemper auferantur partes, aſſerere oportebit hanc ob cauſam generationem rerum deficere nunquam poſſe, quia id, quod gignitur exiſtat perpetuò minus. 8 Hoc verò contingere non videmus, ſed qui hoc tempore

4 ſiquidem finitum eſt id, ex quo fit, eorum, quæ generantur vnumquodq;.

5 Non enim propterea quod infinitum id ſit, ex quo generatur nō deficit: hoc enim eſt impoſſibile, actu enim nullū infinitum

6 potentia autem ad diuiſionem.
a *S. Thomas.*

7 Quare oportebat hanc ſolā non eſſe deficientem, quoniā generatur quiddam ſemper minus.

8 Nunc autem hoc non videmus.

Digitized by Google

tempore naſcuntur homines ijs æquales ſunt, qui tranſactis temporibus oriebantur. Quamobrem fateri neceſſe eſt haud perpetuam, ac perennem rerum generationem eſſe, ſed proprium aliquando terminum, ac ſtatum nanciſci.

Tex. 17.

1 Quocirca, propterea quod huius corruptio alterius eſt generatio.& huius generatio alterius eſt corruptio,inceſſabilem neceſſe eſt tranſmutationem eſſe.

Quoniam [1] ergo, nec materiæ actualis infinitudo, nec eiuſdem in partes infinitas diuiſio perpetuæ generationis, atque interitus cauſa eſt, omnino cenſere oportet generationis, ac interitus perennem, æternamq; ſeruari ſucceſſionem poſſe, quia generatio vnius ſit alterius interitus, & vnius interitus, alterius generatio ſit.Ortui enim,atque interitui haud quaquam obnoxia rerũ materia eſt, & perfecto, proprioq; actu deſtituta ab omni ſeiuncta forma exiſtere nequit, & ad plures ſimul formas vltimò complentes ſuſcipiendas inepta videtur.Quare dum vnam formam abijcit materia,alteram,ne pereat, ſuſcipit, & dum ſuſcipit vnam, alteram,ne duas retineat formas,abijcit.[2] Sic igitur exiſtimãdum eſt materiæ naturam veram, & adæquatam eſſe cauſam, ob quam & ſimpliciter, ac penes ſubſtantiam aliquid gigni, atq; interire poſſibile ſit, & perpetua rerùm generationis, ac interitus ſeruari ſucceſſio queat. Si enim actualis generationis, atque interitus

2 De eo igitur quod eſt generationem & corruptionẽ ſimpliciter ſemper eſſe circa vnumquodq; entium hanc exiſtimandum eſt ſufficientem omnibus cauſam.

exi-

Digitized by Google

exiſtentiæ, perenniſq; ſucceſſionis cauſam quæras, ad ipſam te conferas efficientem oportet cauſam, motione cuius,& oriri omnia, actuque interire, & perpetuò ſic fieri accidit. Ex his patet quomodo allatæ difficultates ad generationis,atq; interitus exiſtentiam, perennemque ſucceſſionem euertendam ſolui queant. Nam ad poſteriorem difficultatem,dico id, quod genitum eſt, cum interit, in nihilum haud cedere, ſed in aliud ens abire, quod intereunte priori gignitur, ſicque non abſumi materiam, ſed perpetuò eamdem ſeruari, & abeuntium, ac ſuccedentium formarum viciſſitudinem in ſe recipere. Ad priorem autem difficultatem aſſero ex materia ſubſtantiam gigni, quæ poteſtate dumtaxat ſubſtantia eſt, quam efficere aggreditur agens, actu verò alia ſubſtantia, quæ ad tranſmutationem agentis interit. Ea enim eſt materiæ natura, vt cum vnam ſuſcipit formam, ad quam in potentia eſt, abijciat alteram, quam actu habet.

Tex. 18.

Quoniam [1] verò vna, eademq; mutatio eſt, [a] qua in ſubſtantijs hoc quidem gignitur, atque illud interit, hoc verò interit,illudque gignitur, id conſiderandum non iniuria eſt, quam ob cauſam alia quidem ſine additione, & ſimpliciter gigni, ac interire dicamus,

E alia

1 Propter quid antē hæc quidem ſimpliciter dicuntur generari, & corrumpi, illa autē non ſimpliciter, rurſus conſiderandum: ſiquidem idem generatio, quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio quidem huius, generatio autem huius:

a *Philoponus.*

alia autem cum additione, & ſecundum quid ortum, ac interitum pati aſſeramus. 2 Hæc enim loquendi conſuetudo aliquam profectò rationem poſtulat. 3 Dicimus namque ſimpliciter quædam, & non ſolum hæc gigni, ac interire, quorum generationem, ac interitum ſimpliciter vocamus, vt cum oriri, & mori animal accidit; 4 quædam verò haud ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid gigni, ac interire affirmamus, 5 eadem ratione, qua in affectionibus, & accidentibus eum, qui addiſcit, non ſimpliciter fieri, ſed ſcientem dicimus. Atque hoc modo nec mutatio, qua ſemen interit, ſimpliciter interitus, nec ea, qua gignitur cadauer, generatio ſimpliciter vocatur. 6 Quoniam igitur, vt definiendo ſæpe diximus, alia quidem hoc aliquid ſignificant, ac ſimpliciter etiam dicuntur, alia verò minime hoc aliquid, eſſeque ſimpliciter entia videntur, hanc ſanè ob cauſam id euenit, de quo dubitatum modo eſt. 7 Etenim plurimum refert [a] hunc ne, an illũ accipiamus terminum, ad quem mutatio tendit, quoq; habito propriam ſpeciem, ac nomen ſuſcipit. 8 Quamobrem mutatio, qua oritur ignis abſolutè, ac ſimpliciter generatio dicitur, qua autem definit eſſe terra, haud ſimpliciter, & abſolutè, ſed alicuius,

2 Quærit enim hoc aliquam rationem.

3 Dicimus enim quod corrũpitur nunc ſimpliciter, & nõ ſolum hoc, & hæc quidẽ eſt generatio ſimpliciter, hæc autem corruptio:

4 hoc autem generatur quidẽ aliquid, non autem ſimpliciter generatur.

5 Dicimus enim diſcentem fieri quidem ſcientem, fieri autem ſimpliciter non.

6 Quemadmodum igitur determinauimus ſæpe, dicẽtes, quod hoc quidem ſignificat hoc aliquid, hoc autem non, propter hoc contingit, quod quæritur.

7 Differunt enim ea, in quæ tranſmutatur id, quod tranſmutatur.

[a] *Philoponus Alexander apud Philoponum.*

8 Puta forte quæ in ignem eſt via, generatio ſimpliciter, corruptio autem alicuius eſt, puta terræ,

alicuius, ſeù terræ interitus vocatur. [9] Eodemq; modo mutatio, qua terra gignitur, non quidem ſimpliciter, ſed alicuius generatio dicitur, qua autem deſinit eſſe ignis, abſolutè, ac ſimpliciter interitus, haud autem alicuius cenſetur. [10] Quemadmodum, & Parmenides opinatus eſt, qui duo rerum elementa, ac principia inuexit, nempe ignem, & terram, quorum alterum hoc aliquid, & ſimpliciter ens, alterum abſolutè non ens vocabat. [11] Nihil verò intereſt, ſiuè ens, & non ens terram, & ignem, ſiuè alia quædam ſtatuamus. [12] Nunc enim eorum perpendimus ſententiam, qui ens, & non ens poſuerunt, de ijs haudquaquam ſolliciti, quæ ſic appellare conſueuerunt. [13] Atque hoc pacto cenſendum eſt mutationem, quæ ex non ente ad ſimpliciter ens tendit, ſimpliciter generationem dici, eam verò, quæ ex ente ad non ens abſolutè ducit, interitum abſolutè vocari. [14] Quicunq; igitur ens, & non ens aſſerunt, ſiue terram, & ignem, ſiuè quædam alia, hoc quidem interire ſimpliciter, illud verò gigni aiunt. [15] Atq; hic vnus modus eſt, quo ex Veterum philoſophorũ ſententia differt, alia ſimpliciter, & abſolutè, alia ſecundum quid ſolum gigni, ac interire. [16] Alio autem modo, vt propriam afferamus ſententiam, ex differen-

9 Terræ autem generatio, aliqua generatio, generatio autem non ſimpliciter, corruptio autem ſimpliciter, puta ignis.

10 Sicut Parmenides dicit, duo ipſum ens, & non ens inquiens, ignem, & terram.

11 Hæc autem, aut alia talia ſupponere nihil differt.

12 Modum enim quærimus, ſed non ſubiectum.

13 In non ens igitur ſimpliciter eſt corruptio ſimplex, in ſimpliciter autem ens generatio ſimplex.

14 Quibus igitur determinata ſunt, ſiue igne, & terra, ſiue alijs quibuſdam, horum erit hoc quidem ens, hoc autem non ens.

15 Vno igitur modo differt in hoc, ſimpliciter ſcilicet generari, & corrumpi à non ſimpliciter.

16 Alio autem modo materia, qualiſcumq; vtiq; ſit.

tijs eorum, quæ oriuntur, & occidunt, ob loquendi conſuetudinem in ortu, ac interitu rerum allata difficultas facilè diſſolui poteſt. [17] Quæcumque etenim entia hoc aliquid ſignificant, magis nobiliores, perfectioreſue ſubſtantiæ videntur. [18] Quæcumque verò priuationem magis, & hoc aliquid minus exprimunt, imperfectiores, ignobilioreſue ſubſtantiæ ſunt, potiuſque non entis, quàm entis appellatione digna videntur. [19] Atque hoc modo calor ens perfectius, ac nobilior forma eſt, frigus autem imperfectius eſt, ignobiliorue cenſetur forma, & ad ipſum relatum calorem priuationis meretur nomen. [20] His verò differentijs ignis, & terra differũt, licetq; ambo ſimpliciter entia ſint, maiori tamen, ac minori ab inuicem nobilitate diſcrepant. Quapropter exiſtimandum eſt, eam mutationem abſolutè, ac ſimpliciter generationem, ac interitum dici, quę ad perfectiores, ac nobiliores ſubſtantias tendit, eam verò ſecundum quid ſolum, & cum additione ortum, ac interitum vocari, quæ ad imperfectiores, ac ignobiliores ſubſtantias ducit.

17 Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid ſignificant, magis ſubſtantia eſt;

18 Cuius autem priuationem non ens.

19 Puta ſi calidum prædicamentum aliquod, & forma, frigiditas autem priuatio.

20 Differunt autē ignis, & terra his differentijs.

Deniq; [1] vulgares homines, qui ſenſuum dumtaxat innixi fide iudicant, ex eo, quod entium alia ſubiaceant ſenſui, alia autem ſenſum effugiant, va-

Tex. 19.

1 Videtur autem multis magis ſenſibili, & non ſenſibili differre.

rium

rium loquendi explicant modum, quo in ortu, ac interitu rerum vtimur. [2] Cum enim mutatio ab ente parùm ſenſibili ad ens ſenſibile tendit, ſimpliciter, & abſolutè generationem fieri dicunt, tum verò interitum accidere, cum ſenſibile ens eſſe deſinit, aliudque ſenſibile minus oritur. [3] Ens namq; id ſimpliciter appellant, quod ſenſu percipitur, id verò non ens, quod ſenſu compræhendi nequit. [4] Quemadmodum & ſcibile quidem ens, haud autem ſcibile non ens eſſe dicunt, [5] ſenſuum operationem ſcientiæ obtinere virtutem, ac naturam exiſtimantes. [6] Præterea vt animalia tamdiù exiſtere, ac vitam ducere putant, quandiu ſentire poſſunt, ſenſu enim propriam ſortitur animal naturam: [7] ita & entia eatenus eſſe dicunt, quatenus cadere ſub ſenſum queunt, veritatem modo quodam ſectantes, dum ſcibile ens eſſe iudicant, ſed clarum admittentes errorem, dum ſenſus, ac mentis cognitionem confundunt. [8] Ex his clarè patet id, quod eſt ſimpliciter gigni, ac interire ab ijs diuerſimodè vſurpari, qui & vulgarem hominum opinionem, & ipſam reſpiciunt veritatem. [9] Cum enim transmutatio ex terra in aerem fit, vulgares homines, quoniam ſenſibus conſpicua magis terra, quam aer eſt, terram

ſimpli-

2 Quando enim in ſenſibilē tranſmutata fuerit materiam generari inquiunt: quando autem in non manifeſtam, corrumpi.

3 Ens enim, & non ens, eò q̄ ſentiatur, & non ſentiatur determinant:

4 Quemadmodum ſcibile quidem ens, ignotū autem non ens,

5 ſenſus enim ſcientiæ habet virtutem.

6 Quemadmodum igitur illi ipſo ſentire, vel ipſo poſſe, viuere, & eſſe exiſtimant;

7 ita & ipſas res, modo quodā proſequentes veritatem, idē autem dicentes non verum.

8 Contingit itaq; ſecundum opinionem, & ſecundum veritatē aliter, & generari ſimpliciter, & corrumpi.

9 Spiritus enim, & aer ſecundum ſenſum quidem minus ſunt, ideo, & quæ corrumpūtur ſimpliciter in hæc tranſmutatione corrumpi dicuntur; generari autem quando in tangibile, & in terrā tranſmutata fuerit.

10 Secundum veritatem autẽ magis hoc aliquid, & forma hæc ſunt, quàm terra.

Tex. 20.

1 Eſſe igitur ſimplicem generationem corruptionem exiſtentem alicuius, corruptionem autem ſimplicem generationem exiſtẽtem alicuius dicta eſt cauſa.

2 Propter materiã enim differre, aut eo, quod ſubſtantia eſt, aut non,

3 aut quod hæc quidem magis, illa vero non,

4 aut eo, quod hæc quidẽ magis ſenſibilis eſt materia, ex qua, & in quam, illa vero minus eſt.

5 Quod autem dicantur hæc quidem ſimpliciter generari, illa autem aliquid ſolum, non ex mutua generatione, ſecundum quẽ diximus nunc modum.

6 Nunc enim tantum determinatum ſit, quare omni generatione exiſtẽte corruptio

ſimpliciter interire aiunt, tum verò ſimpliciter gigni, cum deſinente aere ad terram mutatio tendit. 10 At qui veritatem ſequuntur, quoniam aer hoc aliquid magis, & præſtantiori, nobiliorìue præditus forma eſt, quàm terra, mutationem, quæ ad aerem tendit, ſimpliciter generationem; eam verò, qua deſinit eſſe aer, interitum abſolutè vocant.

Ex 1 dictis igitur manifeſta cauſa eſt, ob quam mutatio, quæ generatio ſimpliciter alicuius eſt, alterius ſecundum quid interitus dicatur, quæ verò, abſolutè alicuius interitus eſt, alterius ſecundum quid generatio vocetur. 2 Hæc enim diuerſitas loquendi ob eorum differentiam accidit, quæ ortum, ac interitum ſubeunt. 2 Differunt autem, aut quia aliud horum ſubſtantia ſit, aliud non ſubſtantia, 3 aut quia aliud perfectior, ac nobilior videatur ſubſtantia, aliud imperfectior, & ignobilior, 4 aut quia aliud quidem, ex quo, aut in quod mutatio fit ſenſibile magis, aliud verò ſenſibile minus exiſtat. 5 Sed iam quam ob cauſam alia ſimpliciter gigni, alia ſecundum quid ſolum abſolutè dicamus, eorum minimè ſpectata mutatione, quæ ex ſe inuicem fiunt, de quibus dubitatum eſt, conſiderare oportet. Nunc enim id ſolum determinatum eſt, quare

re cum vnius generatio ſit interitus alterius, & vnius interitus alterius generatio exiſtat, haud omnia, quæ ad inuicem oriuntur, & occidunt eodem gigni modo, ac interire dicamus. 7 Id verò in præſentia quærimus quam ob cauſam eorum, quæ tranſmutari viciſſim nequeunt, alia quidem ſimpliciter, alia verò ſecundum quid ſolum gigni arbitremur, hoc eſt, quare addiſcens non ſimpliciter gigni, ſed fieri tantummòdo ſciens dicatur, quod verò ſatum eſt, vt ordeum, ac triticum abſolutè, ſimpliciterque gigni, ac interire omnes cenſeant. 8 Dico igitur, vt propoſita ſoluatur difficultas, ab inuicem prædicamenta differre. Alia enim hoc aliquid, & ſubſtantiam ſignificant, alia verò affectiones & accidentia, vt qualitatem, quantitatem, & ſimilia. 9 Quamobrem mutatio, quæ ab ſubſtantiam, & hoc aliquid fit, generatio ſimpliciter dicitur, quæ verò ad affectiones, & accidentia tendit, haud ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſolum ſecundum quid, & cum additione generatio vocatur. 10 Quoniam verò in omnibus prædicamentis duæ rerum coordinationes inſunt, atque in altera entia perfectiora, ac nobiliora, quæ formæ rationem habent, in altera autem minus perfecta, & ignobiliora, quæ priuatio-

nis

ne alterius, & omni corruptione exiſtente alicuius alterius generatione, non ſimiliter attribuimus generari, & corrumpi ijs, quæ ad inuicē tranſmutantur.

7 Quod autem poſt dicitur non quærit hoc, ſed quare diſcens quidem nō dicitur ſimpliciter generari, ſed generari ſciens, quod pullulat generari.

8 Hæc autem diſtincta ſunt prædicamētis; hæc enim hoc aliquid ſignificant, hæc autē quale, hæc autem quantum.

9 Quæcumq; igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter generari, ſed aliquid fieri.

10 Sed tamen ſimpliciter fieri in omnibus generatio quidē, ſecundum ea, quæ in altero ordine, dicitur;

Digitized by Google

a S.Thomas. Philoponus Alexander apud Philoponum.

nis vicem gerunt, exiſtun: . a conſentaneum videtur in omnibus prædicamentis generationem ſimpliciter, & ſecundum quid aſſignari poſſe, adeò vt quæ in eo collocantur ordine, in quo perfectiora exiſtunt entia, ſimpliciter gigni, quæ autem in alio inſunt, in quo minus perfecta reſident, ſecũdum quid ſolum fieri dicantur. 11 Quare in ſubſtantia ſi fiat ignis, ſimpliciter generatio erit, ſi verò terra, ſecundum quid ſolum generatio vocabitur. 12 Et in qualitate, ſi quis fiat ſciens, generari ſimpliciter dicetur, ſi verò neſciens euadat, ſecundum quid, & cum additione gignetur. Ex quibus manifeſtum eſt, ſi abſolutè loquamur, omnem mutationem, quæ in ſubſtantia fit ſimpliciter dici, eam verò, quæ in accidentibus contingit, ſecundum quid ſolum vocari; ſi autem per quandam comparationem, ac reſpectum dicamus, & in ſubſtantijs, & in accidentibus generationem ſimpliciter, cum nobilior ſubſtantia, aut accidens fit, ſecundum quid verò generationem accidere, cum ignobilior ſubſtantia, aut accidens oritur. Idemq; & de ipſo quoque interitu dicendum eſt. 13 Iam igitur expoſuimus cauſam, ob quam alia ſimpliciter, alia ſecundum quid oriri dicamus, & in ſubſtantijs, quæ ex ſe inuicem fiunt, & vniuer-

11 puta in ſubſtantia quidem, ſi ignis, ſed non, ſi terra;

12 in quali autem, ſi ſciẽs, ſed non, quando neſciens.

13 De eo igitur quòd eſt hæc ſimpliciter generari, hæc autem ſecundum quid, & vniuerſaliter, & in ſubſtantijs ipſis dictum eſt;

Digitized by Google

uerſaliter in omnibus prædicamentis, quæ interire, ac gigni queunt. 14 Atque etiam perpetuæ generationis cauſam attulimus, quæ materia eſt ex eo, quod ſit apta contraria ſuſcipere, & ſemper in ſubſtantijs generatio vnius, interitus alterius, & vnius interitus generatio alterius exiſtat.

Nec 1 verò quis poteſt ambigere, quo modo perpetuò fieri generatio queat, ijs, quæ deſinunt eſſe, in nihilum abeuntibus. 2 Nam quemadmodum vulgares homines interire aliquid ſimpliciter, atque in non ens abire aiunt, cum ex ſenſibili ad inſenſibile mutatio tendit, puta ſi ex aqua fiat aer: 3 ita & ſimpliciter aliquid, & ens gigni putant, cum ex inſenſibili ad ſenſibile accidit mutatio, puta ſi in aquam deſinat aer. 4 Siuè igitur aliquod exiſtat ſubiectum, 5 ſiuè nullum, perpetuæ generationis cauſam reddere poſſumus. Nam ſi aliquid abire dicas in non ens, etiam ex non ente gigni fatearis oportet, atque ſimiliter ex non ente generatio, & in non ens interitus accidet. 6 Quare haud vnquam generatio deficiet, quoniam entis, ac rei ſenſibilis generatio non entis, atque inſenſibilis interitus, & interitus entis, ac ſenſibilis generatio non entis, & inſenſibilis exiſtat.

Verum 1 dubitabit non iniuria aliquis,

14 Et cur generatio continue ſit cauſa, vt materia ſubiectũ eſt, quoniam tranſmutabile eſt in contraria, & eſt alterius generatio ſemper in ſubſtantijs alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

Tex. 21.

1 At vero neque dubitare oportet, quare generatur aliquid ſemper deperditis.

2 Quemadmodum enim, & corrũpi ſimpliciter inquiunt, quando ad inſenſibile venerit, & non ens:

3 ſimiliter & generari ex nõ ente inquiunt, quando ex in ſenſibili.

4 Siue igitur exiſtente aliquo ſubiecto, ſiue non,

a *S.Thomas.*

5 generatur ex non ente, quare ſimiliter & generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens.

6 Merito igitur nõ deficit: generatio enim entis, eſt corruptio non entis, corruptio autem entis, generatio non entis.

Tex. 22.

1 Sed hoc non ens ſimpliciter dubitauerit aliquis, vtrum al

terum contrariorum eſt, vt terra,& graue non ens, ignis autem,ac leue ens.

quis, vtrùm ſimpliciter non ens, ex quo entis generatio fit, oppoſitorum alterum exiſtat, ex quo deſinente in aliud oppoſitum accidit mutatio, adeò vt cum ex terra fit ignis, terra, & graue non ens, ignis autem, ac leue dicatur ens, ſumpta oppoſitione quatenus competit ijs, quorum alterum priuationem alterius adnexam habet. 2 Reſpondeo ſimpliciter non ens, ex quo entis generatio fit, haud terram eſſe, quæ ſimpliciter ens eſt, ſed materiam quæ terræ, & igni ſubijcitur. Quare dicendum eſt ens fieri ex ente tanquam ex termino, à quo, ex non ente verò, tanquam ex ſubiecto, ſeu ex materia, quæ gignendi priuationem entis habet. 3 At quæres an eadem ſit materia, quæ terræ & igni ſubſternitur? Reſpondeo eandem eſſe materiam, quam omnia participant entia, quæ ortum, ac interitum ſubeunt. 4 Si enim eadem non eſſet materia, nec ad inuicem tranſmutarentur elementa, nec fierent ex contrarijs, quorum idem eſſe oportet ſubiectum, de cuius poſſeſſione viciſſim pugnent. 5 Certum verò eſt ignem, terram, aquam, & aerem oppoſitis prædita qualitatibus eſſe, quibus proprias exercere actiones queant, communem igitur obtinent materiam, in qua eorum ſuſcipitur actio. 6 Sed verius tamen aſſerendum

2 An non, ſed eſt terra ens, quod vero non ens, materia terræ, & ignis ſimiliter.

3 Et an altera vtriuſq; materia?

4 An non vtiq; fieret ex ſe inuicem, neq; & ex contrarijs.

5 His enim exiſtunt contraria igni, terræ, aquæ, & aeri.

6 An eſt quidem, vt eadem eſt autem vt altera:

ſerendum eſt partim eandem eſſe omnium materiam, partim diuerſam. 7 Atque eadem quidem eſt, a quia ſecundum propriam eſſentiam, ac naturam, imperfectamq; exiſtentiam, quam perpetuò ſeruat, ſub omnibus exiſtit formis. 8 Diuerſa autem eſt, quia ſecundum propriam ſpeciem, & perfectam exiſtentiam, quam ab ipſis mutuatur formis, in quacumq; haud mutatione remanet. Neque enim materia, quæ erat ſub forma aquæ ſecundum idem eſſe ſpecificum, eandemque perfectam exiſtentiam ſub aeris forma ineſt, ſed aliud ab ea eſſe ſpecificum, aliāque perfectam exiſtentiam recipit. 9 Sed de his hactenus dictum ſit.

Iam 1 verò ſubſtantialis exiſtentia generationis cognita, quo modo ea ab alteratione differat perfectè, diſtinctèque cognoſcere oportet. 2 Has enim mutationes ab inuicē differre ſatis conſtat ex ijs, quæ dicta ſunt. 3 Id igitur ſtatuere neceſſe eſt, aliud ſubiectum, ſeu ex materia, & forma ſubſtantiam compoſitam, 4 aliud affectionem, & qualitatem eſſe, quæ huiuſmodi afficit, ac denominat ſubiectum, 5 atque non ſolum ad compoſitum ſubſtantiale, verū, & ad qualitatem accidentalem mutationem fieri. 6 Iam tum alteratio eſt, cum ſubſtantiale compoſitum, ex mate-

7 Quod enim quandoque exiſtens ſubijcitur idem,
a *Philoponus.*

8 eſſe autem non idem.

9 De his igitur in tantum dictum ſit.

Tex. 23.

1 De generatione autem, & alteratione dicamus, quid differunt.

2 Dicimus enim has eſſe alteras trāſmutationes ab inuicē.

3 Quoniam igitur eſt aliud ſubiectum,

4 & aliud ipſa paſſio, quæ de ſubiecto nata eſt dici.

5 & eſt tranſmutatio vtriuſq; horum:

6 alteratio quidem eſt, quando manente ſubiecto ſenſibili exiſtente tranſmutatur in eius paſſionibus, aut contrarijs, aut medijs exiſtentibus,

ria, vltimaque forma concretum, ideoque ſenſibile exiſtens idem permanet, & penes contrarias, mediaſuè affectiones, [a] quas per ſe, vt proprium ſubiectum recipit, mutationem patitur, vt cũ humanum corpus idem manens ægrotum ex ſano efficitur, atq; æs idem exiſtens quandoq; rotundum, & quandoque angulare fit. Subiectum verò, quod alterari dicitur, non id eſt, in quo inhærent qualitates, ad quas accidit mutatio, hoc enim ſola videtur materia, quæ primum, ac immediatum omnium accidentium ſubiectum eſt, ſed id, quod affectionum denominationem ſuſcipit, & vere ab vna qualitate ad aliam tranſire arbitrantur omnes. 7 At verò cum ſubſtantiale compoſitum mutatur totum vltima, ac ſpecifica abeunte forma, quæ definitionem, atque eſſentiam tribuit, nullaque ſubſtantia ſenſibilis permanet, quæ vt idem, ac ſpecificum exiſtens ſubiectum ſuſcipiat formam, ad quam accidit mutatio, vt cum ex ſubſtantia ſeminis fit ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere aqua, tum vere ſubſtantialis generatio, atque interitus accidit, eius quidem, quod gignitur, compoſiti generatio, eius verò, quòd deſinit eſſe interitus. 8 Atque tum maximè generatio fit, cum ex inſenſibili ſubſtantia in ſubſtantiam, quam tactu, aut

vt corpus ſanũ eſt, & rurſus laborat manens idem, & æs quandoque rotundum, quandoque autem angulare idem exiſtens:

a *Philoponus*.

7 Quando autem totum tranſmutatur non manẽte aliquo ſenſibili, vt ſubiecto eodem, ſed vt ex genitura tota ſanguis, aut ex aqua, aer, aut ex aere omni aqua, generatio iã hoc tale, huius autem corruptio.

8 Maxime autem ſi tranſmutatio fiat ex inſenſibili in ſenſibile, aut tactu, aut omnibus ſenſibus, vt quando aqua generatur, aut corrumpitur in aerem: aer enim mediocriter inſenſibilis eſt.

Digitized by Google

aut alijs percipiamus ſenſibus contingit mutatio, vt cum ex aere gignitur aqua, aut in aerem deſinit, parum enim ſenſibilis eſt aer, aqua verò omnibus facilè peruia ſenſibus. Ex his patet, in quo generatio, & alteratio differant. Nam & ex terminis, & ex ſubiectis harum diſcrepantiam mutationum ſumere licet. Etenim generatio ad ſubſtantiam, vt ad proprium terminum tendit, alteratio autem ad accidens. Præterea alteratio compoſitam, ac ſenſibilem ſubſtantiam, vt proprium afficit, ac denominat ſubiectum, aquam enim fieri calidam aſſerimus; generatio autem nullum habet ſubiectum, quod realiter, ac phyſice denominare queat. Nam tũ aliqua forma ſubiectum aliquod phyſice, ac realiter denominare apta eſt, cum ipſum actu in proprio eſſe conſtitutum exiſtens afficit, at generatio nullum tale præſuponit ſubiectum, ſed per eam in proprio, ac ſpecifico eſſe vnumquodq; ponitur, quare nullum aſſignabile ſubiectum erit, quod generatio phyſice, ac realiter denominare queat. Etſi enim ſubſtantiale compoſitum gigni, ac fieri dicamus, id tamen per realem, ac phyſicam haud formam aduenientem, atq; à ſingulari compoſito abſtractam, ſed per quandam potius intellectus prædicationem aſſerimus.

Obijcies

Tex. 24.

1 In his autem, ſi aliqua maneat paſſio eadem contrarietatis in generato, & corrupto, vt quando ex aere aqua, ſi ambo tranſparentia, aut frigida;

a *Philoponus*.

2 non oportet huius alterum paſſionem eſſe, in quod tranſmutatur.

3 Si autem non, erit alteratio, vt muſicus homo corruptus eſt, homo autem immuſicus generatus eſt, homo autem manet idem.

4 Si igitur huius paſſio nõ eſſet ſecũdum ſe muſica, & immuſica, huius quidẽ eſſet generatio, huius autẽ interitus.

5 Nunc autem paſſio hęc manentis.

Obijcies [1] verum non eſſe, [a] quod nullum ſenſibile in generatione ſubſtantiali remaneat, quoniam eadem in genito, & corrupto inſit affectio, quæ vnius altera pars cõtrarietatis eſt. Cum enim aer in aquam vertitur, manet perſpicuitas, atq; etiam ex multorum ſententia frigus. [2] Reſpondeo ſubſtantialem aquæ formam acquiſitam ſenſibilis permanentis ſubiecti, vt perſpicui, aut frigidi affectionem ex neceſſitate non eſſe, ſed has potius qualitates geniti ſubiecti affectiones dici. Quare etſi in ſubſtantiali aquæ generatione aliquod ſenſibile remaneat, non tamen, vt aquirendæ ſubiectum formæ, ſed vt eius affectio ineſt. [3] Quod ſi genitam formam ſenſibilis remanentis, vt ſubiecti affectionem eſſe dicamus, hanc vtique mutationem alterationem eſſe fateamur oportet, quemadmodum ſi non muſicus homo fiat muſicus. Senſibilis enim permanet homo, vereque muſicæ acquiſitæ ſubiectum dicitur. [4] Et quidem ſi nec muſica, nec muſicæ priuatio ſenſibilis eſſet hominis, vt proprij ſubiecti affectio, nullo ſenſibili, vt eodem permanente ſubiecto, & generatio muſicæ, & priuationis muſicæ interitus accideret. [5] At re vera muſica, & muſicæ priuatio hominis, vt permanẽtis ſubiecti ſenſibilis affectiones ſunt,

etſi

etſi cum ita res habeat, muſicum hominem genitum, atque immuſicum eſſe corruptum aſſerere liceat. [6] Quare ad muſicam, & priuationem muſicæ, cæteraſq; ſimiles affectiones alteratio eſt, cum proprium earum ſenſibile ſubiectum mutatione facta permaneat. Nec verò putet quiſpiam tum ſemper alterationem fieri, cum in ſubiecto per ſe, ac ſenſibili efficitur accidens. [7] Nam cum eodem permanente ſubiecto ſenſibili ad magnum, ſeù paruum accidit mutatio, accretio, & imminutio fit, [8] cum verò ad locum mutatio contingit, latio, [9] cum autem ad affectionem, & qualitatem dirigitur mutatio, alteratio exiſtit. [10] At cum nullum ſenſibile permanet ſubiectum, cuius terminus acquiſitus affectio, & accidés ſit, vnius quidem generatio, atq; interitus alterius fit. [11] Iure autem, ac propriè ſubiectum, quod generationem, atque interitum patitur, ijſq; permanens ſubijcitur, materia nuncupatur, quodam verò modo, & quod alijs mutationibus ſubſternitur. [12] Aliarum etenim mutationum ſubiecta certa quædam ſuſcipere contraria apta ſunt, quemadmodum, & prima rerum materia omnia pati, ac ſuſcipere valet. Atque harum ſubiectum mutationum intelligo, quod verè ſubijcitur, & ab vno termino ad alium

6 Ideò alteratio talia, & hominis quidé hæ ſunt paſſiones, hominis autem muſici, & hominis immuſici generatio, & corruptio.

7 Quando igitur ſecundum quantum fit tranſmutatio cõtrarietatis augumentatio eſt, & diminutio:

8 quando autem ſecundum locum, latio;

9 quando vero ſecundũ paſſionem, & quale alteratio:

10 Quando autem nihil permauet cuius alterum paſſio eſt, & accidens omnino generatio, huius auté corruptio.

11 Eſt autem, & materia maxime quidem, & proprie ſubiectum generationis, & corruptionis ſuſceptibile, modo autem aliquo, & quod alijs tranſmutationibus.

12 quoniam omnia ſubiecta ſuſceptiua ſunt contrarietatum aliquarum.

alium tranſire dicitur, ſiuè id ſit, in quo inhæret, ac ineſt mutatio, ſiuè id, quod à termino acquiſito ſortitur nomen. 13 De ortu igitur, ac interitu an ſit, nec ne, & quo modo ſit, itemq; de alteratione ſatis dictum, atq; definitum eſt.

13 De generatione igitur, & corruptione ſiuè eſt, ſiuè nõ, & quomodo eſt, & de alteratione determinatum ſit hoc modo.

Tex. 25.

Reliquum 1 nunc eſt, vt de accretione dicamus, quonam modo à generatione, & alteratione differat, & quo pacto vnumquodq; eorum, quæ ſuſcipiunt incrementum augeatur, & quoduis eorum, quæ decreſcunt, imminuatur. 2 Vt prior igitur quoquo modo ſoluatur quæſtio, exiſtimandum eſt generationem, alterationem, & accretionem penes eos, quos reſpiciunt, terminos inter ſe diſſidere. 3 Nam mutatio, quæ ex hoc tendit in hoc, puta ex ſubſtantia potentia in actu ſubſtantiam generatio eſt, 4 quæ autem ad magnitudinem, ac paruitatem fit, accretio, & decretio dicitur, 5 quæ verò ad affectiones, & qualitates dirigitur, alteratio nuncupatur. 6 Atq; tam accretio, quàm alteratio a ex ijs, quæ ſunt potentia, tendunt in ea, quæ actu exiſtunt. 7 Verum, & omnes dictæ mutationes etiam modo, quo perficiuntur inter ſe diſcrepant. 8 Nam id, quod gignitur, atque alteratur ex neceſſitate non mutat locum, vt cum ex ſanguine fit lac, & ferrum ex frigido efficitur calidum; id

1 De augmentatione autẽ reliquum eſt dicere, & quonam differt à generatione & alteratione, & quomodo augmẽtatur vnumquodq; eorũ, quę augmentantur, & diminuitur quodcunq; eorum, quæ diminuuntur.

2 Scrutandum itaque primo, vtrum ſolum in ipſo, circa quod, eorum ad inuicem differentia eſt,

3 vt quod quidem ex hoc in hoc tranſmutatio, vt ex potẽtia ſubſtantia in actu ſubſtantiam, generatio eſt:

4 quæ autem circa magnitudinem, augmentatio, & diminutio;

5 quæ autem circa paſſiones, alteratio:

6 vtraque autem ex potentia exiſtentibus in actum tranſmutatio dictorum eſt.

a *S. Thomas.*

7 An etiã modus differt tranſmutationis.

8 Videtur enim id quidem, quod alteratur, non ex neceſſitate tranſmutari ſecundum locum, neq; quod generatur,

Digitized by Google

9 id verò quod augetur, aut diminuitur, locum neceſſariò mutat, cum id, quod augetur, ad maiorem ſe extendat locum, quod autem diminuitur, ad minorem ſe contrahat. 10 Nec verò eodem modo locum id mutat, quod augetur, atq; id quod fertur. 11 Nam id, quod fertur, eum, quem occupat locum, deſerit, & alium de nouo acquirit, ſiquidem ſolum ad vnam poſitionis differentiam mouetur; 12 quod autem augetur, cum ſimul ad omnes differentias moueatur, peculiari alio modo locum mutat, haud eum, quem occcupat locum, deſerens, ſed ampliorem acquirens, perinde ac ſpongia; quæ manu conſtricta, poſtea cum aperitur manus extenditur. 13 Toto enim corpore in eodem permanente loco eius partes dilatatæ mutant locum, non quidem vt partes ſpheræ. 14 Nam hæ tota manente ſphera in æquali ſemper inſunt loco, nec maiorem, & minorem occupant; 15 at eius, quod augetur, partes, in ampliorem ſemper ducuntur locum, eius, autem, quod diminuitur, in minorem.

Ex 1 his igitur manifeſtum eſt generationem, alterationem, & accretionem, non ſolum termino, ſed ipſo quoque modo, quo perficiuntur differre. 2 Vt vero indagemus cauſas, ob quas accidit accretio, & decretio, quoniam

9 quod autem augmentatur, & diminuitur.

10 Alio autem modo ab eo, quod fertur.

11 quod enim fertur totũ mutat locum;

12 quod autem augmentatur, quemadmodum quod extenditur:

13 Hoc enim manente particulæ tranſmutantur ſecundum locum, non quemadmodum quæ ſphera;

14 Hæ enim in æquali loco, toto manente, tranſmutantur;

15 quæ autem eius quod augetur, ſemper in ampliorem locum, in minorem autẽ quę eius, quod diminuitur.

Tex. 26.

1 Quod igitur differt non ſolum in ipſo, circa quod, ſed & ſic, trãſmutatio eius, quod generatur, & alteratur, & augmentatur manifeſtum eſt.

2 Circa quod autem eſt trãſmutatio augmentationis, & diminutionis (circa magnitu

dinem autē videtur eſſe) augeri, & diminui vtro modo accipiendū, vtrum ex potentia quidem magnitudine, & corpore, actu autem incorporeo, & ſiue magnitudine generari corpus, & magnitudinem?

accretionis, & decretionis mutatio circa magnitudinem verſatur, ſicque ab alijs differt motibus, atque augeri alio modo nequit magnitudo, niſi ob exterioris acceſſum materiæ, cum qua noua aduenit magnitudo, quærēdum eſt, vtrum ex materia augeatur corpus, quę actu magnitudo, & corpus ſit, an ex ea quæ ſola potētia corpus, & magnitudo exiſtat, actu verò corporis, & magnitudinis expers accedat? [3] Atque ſi poteſtate ſolum ſit corpus, & magnitudo, quoniam hoc dupliciter poteſt contingere, vtrum ex materia per ſe exiſtente, ac ſeparata accidat accretio, an verò ex eadem, quæ alicui alteri inexiſtat corpori?

3 Et cum hoc dupliciter contingat dicere, vtro modo augumētatio ſit, vtrum ex ipſa ſeparata ſecundū ſe materia, an exiſtente in alio corpore?

Tex. 27.

1 An impoſſibile vtroq; modo.

2 Separata enim exiſtens, aut nullum poſſidebit locum, velut punctus aliquis,

3 aut vacuum erit,

4 aut & corpus non ſenſibile.

Sed [1] neutro modo accretionem fieri, itàq; ex materia deſtituta corpore non effici clarum eſt. [2] Nam ſi materia exiſtens ſeparata ſola poteſtate corpus eſt, aut quidam erit punctus nullum poſſidens locum (hic enim, quatenus fluens, efficit lineam, cuius in latitudinem fluxu exiſtit ſuperficies, quæ in profunditatem fluendo facit corpus, mathematicum poteſtate corpus eſſe videtur) [3] aut certè vacuum erit, quatenus ſeparatum quoddam interuallum, ac ſpatium eſt, in quo, vt in loco ineſſe corpus queat, [4] aut prima rerum dicetur materia, quæ ſuapte

natura

natura ad omnia ſenſibilia corpora in potentia eſt. 5 At ſeparatam exiſtentem materiam eſſe punctum, aut vacuũ impoſſibile eſt. Neq; enim in rerum natura vllum exiſtit vacuum, neq; puncti acceſſione vlla extendi, maiorque fieri poteſt magnitudo. 6 Si verò id, quod eſt potentia corpus ſeparatum exiſtens prima rerum ſit materia, in aliquo erit loco. 7 Nam id, quod ex ea gignitur, in aliquo ſemper exiſtit loco, ergo & ipſa quoque materia, ex qua gignitur, aliquem poſſidebit locum, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens. Clara hæc eſt conſequentia, aliter enim fatebimur vacuum in rerum natura eſſe, cum aſſerere cogamur ſenſibile corpus genitum in loco fieri de nouo, in quo prius nihil erat. Fieri autem nequit, vt materia quam poteſtate corpus eſſe dicimus, in loco inſit, neq; enim per ſe inerit, cum hoc ſenſibili dumtaxat corpori competat, neq; per accidens, quia alteri inexiſtens eſſet corpori; falſum ergo eſt primam id rerum materiam eſſe, quod ſenſibile ſit poteſtate corpus. Quare manifeſte patet materiam, ex qua potentia exiſtente corpus accidit accretio, per ſe haud ſeparatam exiſtere.

Nec verò exiſtimandum eſt materiam, quæ auget corpus, ſolaque poteſtate corpus eſt, alteri inexiſtens corpo-

5 Horum autem hoc quidem non contingit;

6 hoc autem neceſſe eſt in aliquo eſſe:

7 Semper enim alicubi erit, quod generatur ex eo: quapropter & illud, aut ſecundũ ſe, aut ſecundum accidens.

ri eſſe. Nam hoc, aut ideo contingeret, quia per ſe aliquid alterius corporis eſſet, ipſumq; vt pars interna conſtitueret, aut quia per accidens, vt affectio quædam alteri inhæreret ſubſtantiæ, aut quia in corpore, vt in vaſe ineſſet. Et quidē materiā, ex qua fit accretio, nec per ſe, nec per accidens alteri inexiſtens corpori eſſe clarum eſt. Nam ſi per ſe materia hæc in alio ineſſet corpore, vt pars ipſum materialis conſtitueret, ſiquidem ſola materia poteſtate corpus eſt; at hoc noſtram poſitionem deſtruit, ſupponimus enim accretionis materiam, ita per ſe alteri inexiſtens corpori eſſe, vt nullum ſit corpus, quod tamen tueri non licet, dum eam internam corporis actualis partem eſſe dicimus. Si verò materia vt accidens, & affectio alteri adhæreret corpori, poteſtate corpus non eſſet, atq; ex ea gigni corpus nequiret. At ſupponimus accretionis materiam poteſtate corpus eſſe, quod ex ea gigni poteſt, ſicq; ad corpus augendum aptam exiſtere, ergo per accidens adhærere corpori nequit. Quamobrem cogimur aſſerere materiam, ex qua augetur corpus, in alio corpore, vt in vaſe ineſſe.

Tex. 28.

1 Sed ſi in aliquo inerit, ſi quidem ſeparatum, ita vt, aut nō illius ſecundum ſe, aut ſecundum accidens aliquid ſit con

At ſi [1] materia exiſtens ſeparata in alio inerit, non quidem, vt aliquid illius per ſe, aut per accidens, ſed vt in

vaſe,

vaſe, adeo vt ex aqua genito aere, haud tranſmutetur aqua, ſed vt vas contineat materiam, ex qua gignitur aer, multa accident abſurda, & impoſſibilia. 2 Nam ſi in aqua materia actuali deſtituta corpore ineſt, quia determinatam non habet quantitatem, ratione cuius determinatum poſtulet locum, aliæ in eadem aqua poterunt eſſe materiæ determinatum haud habentes numerum, cum non ſit maior ratio de vna, quàm de alia: quare nec determinatus ex ijs portionum aeris poterit gigni numerus, ſed nullis terminis præſcriptus exibit aer: at hoc falſum eſſe experientia conſtat, cum ex determinata aquæ portione determinata aeris gignatur portio, ergo in aqua haud ineſt materia actualis expers magnitudinis, ex qua gignatur aer. 3 Præterea ſi hoc modo gigneretur aer, vt ex materia in aqua exiſtente fieret, aeris generatio eſſet, immutata, illæſaque manente aqua, at hoc accidere non videmus, ſed genito aere ſubſtantiam aquæ interire cernimus, ergo ex materia non gignitur aer, quæ in aqua, vt in proprio inſit vaſe.

Quamobrem 1 rationi magis conſentaneum erit aſſerere materiam, a ex qua rerum generatio fit, ita omnibus, quæ ortum, ac interitum patiuntur, ineſſe,

tingent multa, & impoſſibilia: dico autem, vt ſi generatur aer ex aqua, non aqua erit tranſmutata, ſed propterea quod vt in vaſe aqua ineſt materia eius.

2 Infinitas enim nihil prohibet materias eſſe: quapropter & generari actu.

3 Amplius neque ſic videtur generari aer ex aqua, vt exiēs è manente.

Tex. 29.

1 Melius ergo eſt facere omnibus inſeparabilem eſſe materiam, vt exiſtentem vnam, & eandem numero,

a *Philoponus.*

ineſſe, vt ab ijs nec ſeiungi, nec ſeparari queat: atque vnam, eandemque in omnibus exiſtere, quatenus vna ſecundum propriam ſubſtantiam præciſis ab intellectu formis remanet. [2] Et ſi ab ipſis actuata formis quandam habeat diuerſitatem, quatenus ſub ijs exiſtens materia varias quodammodo ſortitur ſpecies, ac naturas, & ad omnes æque formas ſuſcipiendas haud apta videtur. [3] Exiſtimandum autem eſt, ne vllus circa ea, quæ diximus, remaneat ſcrupulus, quemadmodum puncta materia non ſunt, ex qua augeantur corpora, ita nec lineas, atque ſuperficies. Eadem enim ratione patet omnia hæc ad ipſum relata corpus indiuiſibilium terminorum vicem gerere, ideoque augere ipſum nullo modo poſſe. [4] Atque ſubiectum, quod his definitur terminis, materia corporis eſt, quam nec abſque ſenſibili affectione, nec abſq; forma ſubſtantiali exiſtere poſſibile eſt.

2 ratione autem non vnam.

3 At vero neq; puncta, neque lineas ponendum; corporis materiam, propter eaſdem cauſas.

4 Illud autem, cuius hæc vlti ma, materia erat, quam nunquam ſine paſſione poſſibile eſt eſſe, neq; ſine forma.

Ex [1] his igitur manifeſte patet, vnum corpus ab alio ſimpliciter, ac ſubſtantialiter gigni, quemadmodum in phyſicis determinatum eſt. [2] Atque vt ex materia gignitur corpus, quæ aliud actu corpus eſt, ita & ab agente aliquo exiſtente actu fit, cum vnumquodq; eatenus agere aptum ſit, quatenus in actu exiſtit. Duplex verò agens videtur. Aliud

Tex. 30.

1 Generatur igitur ſimpliciter alterum ex altro, quemad modum, & in alijs determinatum eſt,

2 & ab aliquo quoque actu exiſtente,

Digitized by Google

3 Aliud quidem virtuale, quod per actū haud ſimilem genito, ſed per eum, in quo generatiua dumtaxat ineſt virtus agit, vt id, quod efficit duritiem: 4 aliud verò formale, quod per actum, ac formam eiuſdem ſpeciei cum forma generanda agit, vt cum homo hominem, atq; ignis ignem gignit.

3 aut eiuſdem generis,

4 aut eiuſdē ſpeciei, vt ignis ab igne, aut homo ab homine, aut ab actu; durum enim non à duro generatur.

Quoniam 1 verò datur materia, ex qua corporea gignitur ſubſtantia, ſingularem autem, atq; indiuiduam intelligo ſubſtantiam, 2 neque enim vllum extra animam exiſtit corpus, quod ab indiuiduis ſeparatum ſit, 3 eadem quoq; erit accretionis, quæ ad magnitudinem, atque alterationis materia, quæ ad paſſibiles affectiones tendit. 4 Eadem verò haud quaquam loco, & ſubiecto diſtincta harum mutationum materia eſt, ratione autem differens, quatenus ad varias ſuſcipiēdas formas aliam, atq; aliam habitudinem ſeruat. Et quidem ſi materia, ex qua ortus, atque interitus contingit, aliarum quoque mutationum materia non eſſet, quoniam in ſenſibilibus corporibus generatio, ac interitus fit, ſeorſim ab his aliæ vtiq; mutationes fierent. 5 Quare & alteratio extra ſenſibilia accideret corpora, & paſſibiles affectiones ab omni ſubſtantia ſeparatæ exiſterent, at hoc impoſſibile eſt, eadem ergo, & generationis,

Tex. 31.

1 Quoniam autem eſt, & ſubſtantiæ corporeæ materia, corporis autem iam talis,

2 corpus enim commune nullum,

3 ea dem & magnitudinis, & paſſionis eſt,

4 ratione quidem ſeparabilis, loco autem non ſeparabilis.

5 niſi & paſſiones ſint ſeparabiles.

tionis, & alterationis, & accretionis materia eſt. 6 Ex his, quæ hactenus dubitauimus, manifeſtum eſt accretionem haud mutationem eſſe, quæ ex materia ſola poteſtate exiſtente corpus, & magnitudo, actu verò omni prorſus magnitudine, & corpore deſtituta fiat. 7 Nam ſi accretionis materia nullum actu eſſet corpus, commune vtiq; nulli certæ naturæ alligatum exiſteret corpus, ſeù prima rerum materia ab omni ſubſtantiali forma ſeiuncta. 8 At hoc falſum eſſe ex his, quæ prius dicta ſunt, apparet, accretionis ergo materia actuali deſtituta corpore non eſt. 9 Præterea mutatio, qua ex non actu corpore gignitur corpus, generatio potius, quam accretio dicenda eſt. Nam generatio id propriè fieri ſignificat, quod non eſt, 10 accretio verò exiſtentis additionem magnitudinis in proprio conceptu inuoluit, atq; diminutionem eiuſdem exprimit decretio; at generatio re vera, vt diximus, ex materia fit, quę vnum quidem corpus actu, aliud verò poteſtate eſt, 11 ergo & accretio quoq; ipſa mutatio eſt, qua id, quod actu corpus, & magnitudo eſt, ob alterius acceſſum corporis, & magnitudinis incrementum ſuſcipit. 12 Quapropter manifeſtum eſt accretionem haudquaquam ex materia fieri, quæ actuali deſtituta magnitudine

ad

6 Manifeſtum itaq; ex dubitatis, quod non eſt augmentatio ex potétia magnitudine, actu autem nullam habente magnitudinem:

7 Separatum enim eſſet, quod commune:

8 Hoc autem quod impoſſibile ſit dictum eſt prius in alijs.

9 Amplius autem talis tranſmutatio nó augmentationis propria, ſed generationis omnino.

10 Augmentatio enim eſt exiſtétis magnitudinis additamétum, diminutio autem minoramentum,

11 Ideo oportet habere aliquã magnitudiné id, quod augetur.

12 Quapropter non ex materia ſine magnitudine oportet eſſe augmétationem in actũ magnitudinis:

Digitized by Google

ad conſequendam actu magnitudinem tendat, ſed ex materia, quæ corpus, & magnitudo exiſtens actu in potentia ſit ad corpus, & magnitudinem, ex qua fieri accretionem accidit.[13] Aliter enim mutatio hæc generationis potius, quàm accretionis nomine digna eſſet.

13 Generatio enim erit magis corporis, non augmentatio.

Hactenus confusè, ac leuiter materialem accretionis, & decretionis cauſam, atq; naturam explicauimus, vt facilior ad eam perfectè cognoſcendam pateret aditus.

Tex. 32.

Nunc [1] iterum eandem ab initio quæſtionem aggredientes accuratè, ac diſtinctè accretionis, & decretionis naturam, propriaſq; inueſtigemus cauſas oportet. Vt igitur id præſtare exactè poſſimus. [2] Supponendum primò eſt in accretione quamlibet eius, quod creſcit partem creſcere, [3] & in decretione quamlibet eius, quod decreſcit, partem decreſcere, vt hominum communis approbat conſenſus. [4] Supponendum ſecundo eſt, omne, quod creſcit ob alicuius exterioris acceſſum materiæ creſcere, quod autem decreſcit ob receſſum alicuius materiæ decreſcere. Atque hinc emergit dubitatio. [5] Nam ſi exteriori accedente materia contingit accretio, neceſſe eſt, aut eam eſſe corpus, aut omni deſtitutam corpore. [6] Si igitur haud corpus exiſtat,

1 Accipiendum itaq; magis velut tangentes quæſtionem à principio, quali nam exiſtẽte ipſo augmentari, & diminui, cauſas quærimus.

2 Videtur itaq; eius, quod augetur, quæcumq; pars aucta eſſe.

3 ſimiliter autem, & in diminutione minor generata eſſe.

4 Amplius autem aduenĩete aliquo augmentari, & recedẽte diminui.

5 Neceſſe autem, aut incorporeo augmẽtari, aut corporeo.

6 Si igitur incorporeo, erit ſeparatum commune, impoſſi

bile autē eſt à magnitudine materiam eſſe ſeparatā, ſicuti dictum eſt.

7 Si autem corporeo, duo corpora in eodem loco erunt;& quod augetur, & quod auget:

8 Eſt autem & hoc impoſsibile.

Tex. 33.

1 Sed neque ſic contingit dicere fieri augmentationē, & diminutionem, vt cum ex aque aer, tunc enim maior moles eſt generata.

2 Nō enim augmētatio hoc, ſed generatio quidem eius, in quod tranſmutatur erit, corruptio autem contrarij,

3 augmentatio autem neutrius.

4 Sed aut nullius, aut ſi quid commune amborum exiſtit, eius quod generatur, & eius quod corrumpitur, vt ſi corpus.

5 Aqua autem non aucta eſt, neq; aer, ſed hoc quidem de perijt, hoc autem generatum eſt; corpus autem, ſiquidem auctum eſt.

6 Sed & hoc impoſſibile:

7 Oportet enim ſaluare ratio

ab omni corpore, ac magnitudine ſeiuncta erit materia, quod abſurdum, vt diximus, & impoſſibile eſt. 7 Si verò ſit corpore affecta, quoniam id, quod creſcit corpus eſt, & quælibet eius pars incrementum ſuſcipit, duò ſimul fateri oportebit corpora, quæ in eodem extant loco, & id, quod auget, & id, quod augetur. 8 Sed hoc impoſſibile eſſe ex omnium ſententia clarum eſt. Verū hæc poſterius perpendetur difficultas.

Nec 1 verò arbitrandum eſt ſic fieri accretionem, & decretionem, vt cum ex aqua gignitur aer, maiori tū aeris mole ex minori genita aqua, & nullo exterioris acceſſu materiæ facto. 2 Nam hæc quidem mutatio accretio non eſt, ſed aeris generatio, in quem facta eſt mutatio, & aquæ interitus, ex qua mutatio facta eſt. 3 Neutrum verò nec aerem, nec aquam ſuſcepiſſe incrementum licet aſſerere. 4 Quare aut nullius in hac mutatione exiſtit accretio, aut ſi quid commune ſit ad genitum aerem, & corruptam aquam, vt corpus, hoc ſuſcepiſſe incremētum affirmare cogimur. 5 Neq; enim aucta eſt aqua, nec aer, quoniam hic quidem gignitur, illa verò interit, ſed auctū eſſe videtur corpus, cum ante aeris productionem extiterit, poſteaq; maius factum ſeruetur. 6 Verum & impoſſibile hoc eſſe manifeſtum eſt. 7 Etenim

opor-

Digitized by Google

oportet in accretionis natura, & eſſentia declaranda eſſentiales ſeruare conditiones, quæ ad eam efficiendam requiruntur. [8] Hæ autem ſunt huiuſmodi. Primo vt quælibet corporis, & magnitudinis, quæ accreſcit, pars efficiatur maior, vt ſi creſcat caro, quælibet pars carnis incrementum ſumat. [9] Deinde vt id, quod creſcit, exteriori aliqua accedente materia creſcat, neque enim id, quod rareſcens fit maius, auctũ propriè fuiſſe dicimus. [10] Tertio, & vltimo, vt id, quod creſcit incolume ſeruetur, idemq; numero permaneat. Atq; ex hac conditione inter accretionem, & ſubſtantialem generationem ſumitur diſcrimen. [11] Nam id, quod ſimpliciter, & ſecundum ſubſtantiam gignitur, ac interit, non permanet, ſed materia dumtaxat in hac mutatione ſeruatur, quæ vnam ſuſcipit formam, & alteram abijcit. [12] Id autem, quod alterationem patitur, & accretionem, ac decretionem ſubit, idem numero exiſtens incolume ſeruatur, ac permanet, cum vnam ſuſcipit affectionem, & alteram amittit. [13] Etſi inter has mutationes differentia ſit, quod in alteratione gignatur qualitas, in accretione magnitudo. [14] Iam verò manifeſtum eſt in mutatione, qua ex aqua gignitur aer, nec aquæ, nec aeris, nec corporis ac-

ne inexiſtentia ei, quod augetur, & diminuitur.

8 Hęc autem ſunt tria, quorũ vnum quidem eſt, quamcumque partem maiorem fieri eius, quæ augetur, magnitudinis, vt ſi caro, carnis:

9 & adueniente aliquo:

10 & tertiũ, vt ſaluetur quod augetur, & permaneat.

11 Cum enim generatur aliquid ſimpliciter, aut corrumpitur, non permanet:

12 cum autem alteratur, aut augetur, aut minuitur permanet idem, quod augetur, aut alteratur.

13 Sed hic quidem paſſio, ibi autem magnitudo eadẽ non permanet.

14 Si itaque erit, quæ dicta eſt augumentatio, contingit nullo adueniente, neque permanente augeri, & nullo rece-

déte diminui,& non permanere,quod augetur:

15 Sed hoc ſaluare oportet:
16 ſupponitur enim augmentatio tale.

cretionem,aut decretionem fieri. Nulla enim exterior aduenit materia; aut abit,nullumque ſenſibile corpus vltima, ac ſpecifica præditum forma creſcens, aut decreſcens permanet. [15] At has ſeruari conditiones oportet, [16] eam enim accretionem, & decretionem intelligo, quæ dictas retineat, ac ſeruet conditiones.

Patet ex his quænam ſit accretionis eſſentia, quidq; accretionis nomine intelligendum ſit. Nunc propoſitum accretionem euertens dubium ſoluere, & modum, quo accidit accretio determinare oportet. Hoc verò, vt commodè præſtari queat, quoddam aliud proponetur dubium, cuius ſolutio ad naturam accretionis explicandam perutilis erit.

Tex. 34.
1 Dubitabit auté aliquis quid ſit id quod augetur, vtrũ cui apponitur aliquid, vt ſi crus augeat,ipſum maius,quo aũt augetur nutrimentum non. Quare igitur non ambo aucta ſunt?

2 Maius enim, & quod, & quo.

3 Quemadmodum quando miſcueris aquæ ſ[t]inum: ſimiliter enim plus vtrumque.

Quæret [1] autem aliquis quidnam augeri dicendum ſit, id ne, cui aliquid adijcitur, an id, quod adijcitur, an conflatum ex vtriſque, vt ſi quid augeat crus, ipſum ne crus fieri maius dicatur, haud verò alimentum, quo efficitur maius, an potius alimentum, an id, quod ex vtriſque conſtat. [2] Et quidem creſcere, maiuſque fieri videtur non modo crus, quod augere nititur augens, ſed etiam alimentum, quo efficere auctionem intendit. [3] Si quis enim aquæ miſcuerit vinum, & aqua addito vino maior, &

vinum

vinum addita aqua efficitur maius. 4 At verò quoniam id, cui adijcitur alimentum, ſecundum propriam ſubſtantiam permanet, idemq; numero ſeruatur, alimentum verò interit, ac perit, in eius mutatum ſubſtantiam, quod augere nititur augens, manifeſtum eſt id tantummodo augeri, quod alimentum ſuſcipit, nulloque pacto, nec alimentum, nec ex eo, & viuente conflatum incrementum ſubire. Hoc ex ipſa vini, & aquæ permixtione intelligi facillime poteſt. 5 Nam ſi plurimum inſit vini, & parum aquæ totum mixtum à vino, quod excellit, ſortitur nomen, vinumq; dumtaxat augeri dicitur. Si verò vini gutta cum multa miſceatur aqua, totũ mixtum dicitur aqua, eaq; ſola incrementum ſuſcipere cenſetur, atq; totum mixtum appellatur vinum, ex eo quod vini operationes facit, aqua verò ex eo quod aquæ operationes edit. Quoniam ergo id creſcere putamus quod remanet, ſenſuq; apparens proprium ſeruat nomen, id neceſſario auctionem dumtaxat ſubibit, quod alimentum ſuſcipit, idemq; permanet, atque incolume ſeruatur. 6 Hoc idem alterationis confirmatur exemplo. 7 Nam tum alterari dicitur caro, cum eadem numero ſecundum propriam ſubſtantiam illæſa permanet, atq; in affectionibus contin-

4 An quoniam huius quidem manet ſubſtantia, huius autẽ non, vt ea, quæ nutrimenti.

5 Quoniam, & ibi dominans dicitur in mixtione, vt quod vinum: facit enim vini opus, ſed non aquæ vniuerſa mixtura.

6 Similiter, & in alteratione.

7 Si manet caro exiſtens, & quod aliquid eſt, paſſio autẽ aliqua exiſtit earum; quæ ſecundum ſe, quæ prius non exiſtebat, alteratum eſt hoc.

Digitized by Google

git mutatio, quas per ſe, & non per aliud ſuſcipit, ergo, & id creſcere dicetur, quod propriam ſubſtantiam, ac naturam ſeruat, atq; penes magnitudinẽ mutatum accretionem ſubit. Ex his quoddam patet diſcrimen inter alterationem, & accretionem. 8 Etenim alterans à quo alteratur aliquid nihil interdum repatitur, vt cum haud in materia conueniunt, interdum autem repatitur, vt cum eadem ſubijcitur materia. At alimentum, quo aliquid augetur nunquam repatitur, ex eo quod auctionem, quam efficit, minimè ſubeat; vnde agentis locum obtinere alimentum videtur, quod augere corpus hominum ſtatuit conſenſus. 9 Verum etſi communiter augere alimentum dicamus, efficiens tamen cauſa, quæ accretionem efficit, atque in ſubſtantiam viuentis alimentum vertit, in corpore ineſt, quod augetur, & ab ipſo alteratum alimento repatitur. 10 In eo enim quod incrementum ſubit, atq; ab alimento repatitur, ipſa inexiſtit anima, quæ & viuens auget corpus, & in ſubſtantiam viuentis alimentum vertit. 11 Nec verò putet quiſpiam ex eo, & augeri alimentum, & augere poſſe, quod in ſpiritum aliquando conuerſum fiat maius, ſicque eo recepto, animalis corpus intumeſcat, ac maius reddatur.

8 Quo autem alteratum eſt, hoc quandoq; quidem nihil paſſum eſt, quandoque autem, & illud.

9 Sed alterans, & principium motus in eo, quod augmentatur, & alteratur.

10 In his enim mouens.

11 Quoniam, & ingrediens fieri poterit aliquando maius, & quod fruitur ipſo corpus, vt ſi ingrediens fiat ſpiritus.

Nam

Digitized by Google

[12] Nam etſi id accidat, verè tamen augeri alimentum affirmare nequimus, quoniã in ſpiritum ſic alimentũ abiens intereat, nulloq; modo ſeruetur. [13] Atque agens à quo id patitur in eo haudquaquam ineſt, ſed in corpore augendo, in quo actiua reperitur virtus, quæ & alterat alimentum, & in ſpiritum vertit.

Iam [1] verò quoniam de accretionis materia ſatis dubitatum eſt, inuenire ſolutionẽ dubitationis enitamur oportet, id firmiter ſtatuentes, permanente eo, quod augetur, atq; adueniente aliquo fieri accretionem, & abeunte decretionem, & inſuper quamlibet ſenſibilem corporis partem maiorem, aut minorem effici, & neq; vacuum in corpore aucto eſſe, neq; codẽ in loco duas exiſtere magnitudines, neque incorporeo quicquam augeri poſſe. [2] His ergo ſuppoſitis allatam ſoluere quæſtionem, & veram, certamque accretionis cauſam indagare neceſſe eſt. [3] Hoc verò vt facilius aſſequamur. Notandum eſt partes diſſimilares, vt brachiũ, pedes, & caput ideo augeri, quia partes ſimilares, vt caro, os, & neruus augentur. [4] Ex his enim diſſimilares conſtant partes, ideoq; prius ad ſimilares partes, quam ad diſſimilares terminari accretionem accidit. Quapropter

12 Sed corruptum eſt hoc patiens,

13 & mouens non in hoc.

Tex. 35.

1 Quoniam autem dubitatum eſt de his ſufficienter oportet, & ſolutionem dubitationis tentare inuenire, ſaluantes, manente eo, quod augetur, & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui, ad huc autem quodcunque ſignum ſenſibile, aut maius, aut minus factum eſſe, & non vacuum eſſe corpus, neque duas magnitudines in eodem loco, neq; incorporeo augeri.

2 Suſcipiendum autem cauſam,

3 cum determinauerimus primum vnum quidem, quod ea, quæ ſunt diſſimilium partium, augentur, quia ea, quæ ſunt conſimilium partium augentur:

4 componitur enim ex his vnumquodq;

Digitized by Google

5 Deinde quod caro, & os, & vnaquæque talium partium eſt duplex, quemadmodum & aliorum in materia formam habentium.

6 Etenim materia dicitur, & forma caro, aut os.

a S.Thomas.

pter conſiderandum in præſentia eſt quo modo ſimilarium partium fiat accretio. 5 Notandum ſecundo eſt carnem, os, & alias huiuſmodi partes ſimilares ex duobus partium generibus conſtare, quemadmodum & alia omnia, quæ habent formam in materia. 6 Nam quædam partes ſunt,a quæ proprie ipſam rei formam, & figuram componunt, quædam verò, quæ ipſam componunt materiam. Hoc pacto circulus cereus duo genera partium habet. Quædam partes ipſam cerei circuli materiam conſtant, eæq; ſunt plures cerulæ abſtrahēdo ab omni proportione, & ordine, ſed conſiderando ſolum eas, vt quantas, & capaces ordinis, & proportionis. Alię partes ipſum componunt circulum, vt figura quædam eſt, quendam inter ſe ordinem, ac proportionem includentes. Idem in carne, & oſſe, alijſq; ſimilaribus animalis partibus contingere arbitrandum eſt. Etenim hæ partes non ſolum ex materia, ſed etiam ex forma exiſtente in materia conſtant, quare & materiales habebunt partes vt plures caruncułas, & plura oſſicula ſecundum ſe præciſe accepta, & eas etiam obtinebunt partes, quæ ex forma, & figura deſumuntur, vt plures carunculas, & plura oſſicula, quatenus extenſionem quandam, &

Digitized by Google

proportionem inter ſe, atque ordinem habent. 7 Iam verò exiſtimandum eſt aliquo accedente corpore ſecundum partes formæ, haud verò ſecundum partes materiæ accretionem fieri, ac proinde nullam eſſe partem illius formæ, quam caro habet, quæ in accretione maior, & in decretione minor facta non ſit, cuilibet tamen parti materiæ, neque additum aliquid eſſe, neq; detractum. Arbitrandum enim eſt, vt augendum corpus recipere intrinſecus alimentum queat, minutos quoſdam meatus, ac poros obtinere, qui ſanguine replentur, quem ex proximis venis augenda pars exſugit, atque imbibit. Quare dum caloris naturalis vi condenſatur ſanguis, & in ſubſtantiam partis vertitur, tota quaq; verſus ad maiorem occupãdum locum ab anima diſtrahitur, atq; extenditur pars, caloris deinde actione renouantur pori, ac meatus, quibus iterum ſanguine repletis denuò contingit accretio. Quoniã igitur cuilibet parti per ſe ſumptæ apponi alimentum nequit, ex eo, quod, nec omnes partes habeant poros, nec poſſibilis corporum penetratio ſit, haud poterunt ſimilares augeri partes, quatenus materialiter, ac præciſe ſumuntur, atq; extenſas dumtaxat inuoluunt partes. Quoniam verò omnibus partibus formaliter ſumptis, vt

7 Quamcũque igitur partem augumentari, & adueniente aliquo, ſecundum formam quidem eſt poſſibile, ſecundum materiam autem non eſt:

Digitized by Google

quandam habent determinatam figuram, & extenſionem connotando formam ſubſtantialem,cui ad animatas exercendas operationes inſeruiunt, apponi alimentum poteſt, ſimilares neceſſariò partes, vt determinatam hanc obtinent magnitudinem, ac proportionem augentur, & maiores euadunt. Etſi enim partes materiæ continuò fluant, nunquam tamen illa deficit proportio magnitudinis, quam ſimilaris ab anima pars habet. Quare mirum non erit ſi quæcumque aduenientes partes cuilibet rei ſimilaris addantur parti, quatenus determinatam efficiunt magnitudinem.

Tex. 36.
1 Oportet enim intelligere, quemadmodum ſi quis menſurabit eadem menſura aquam.

Atq; [1] vt hæc facilius intelligamus, imaginemur aliquem eadem menſura, quæ maior, aut minor eſſe queat, nempe vtre, metiri aquam exiſtentem in dolio, ita vt cum vter impletur aqua, maior, cum verò exoneratur, euadat minor. Qui enim ſic metitur aquam, vtrem,in quo ſuſcipitur, extendit, eiuſque figuram ſecundum quaslibet dimenſiones amplificat. Iam verò cum hoc accidit, haud aqua ad implendum vtrem infuſa omnibus aquæ partibus iam exiſtentibus in vtre intime coniungitur, hoc enim impoſſibile eſt, [2] ſed alijs aquæ partibus aduenientibus, aliæ perpetuò ex vtre fluunt, & quoniam

2 Semper enim alia, & alia quæ generatur.

maior influit copia, quam effluat, maiorem extenſionem, amplioreſque terminos inflatus vter acquirit. 3 Eodem modo arbitrandum eſt partium ſimilarium accretionem fieri. Semper enim alia, & alia additur materia in ætate, qua creſcimus, & quia magis additur materiæ in illa ætate, quàm deperdatur, neceſſe eſt, vt quaſi vter quidam tota magnitudo partis ſimilaris ſecundum omnes ſuas partes fiat maior. 4 Cum autem id contingit, cuilibet haud parti materialiter ſumptæ aliquid materiæ adijcitur, ſed partes inſtar aquæ influentis in vtrem, & effluentis ex illo accedunt, ac recedunt. 5 Cuicumque verò formæ, ac figuræ particulæ aduenientes materiæ adijciuntur partes, cũ ſimilaris augenda pars ſecundum omnes ſui partes, vt determinatæ ſubſtant magnitudini, ampliores terminos acquirat.

1 Sed 1 hæc eadem conſpicua magis in diſſimilaribus videntur partibus, quę per ſimilares auctas partes incrementum ſuſcipiunt. 2 In his enim partibus diſſimilaribus, vt brachio, & manu materiales, atque formales partes clare, ac diſtincte magis cognoſcimus, quàm in ijs, quæ ſimilis rationis ſunt, vt carne, & oſſe. 3 Hoc autem ex eo manifeſtum eſt, quod in mortui hominis

3 Sic vtique augmentatur materia carnis.

4 Et non cuicumque partium aliquid adijcitur, ſed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit,

5 figuræ autem, & formæ cuicumque particulæ.

Tex. 37.

1 In his autem, quæ ſunt diſſimilium partium, hoc magis manifeſtum, vt manu, quod proportionaliter aucta eſt;

2 Materia enim altera exiſtẽs manifeſta eſt magis ipſa forma hic, quam in carne, & his, quæ ſimilium partium,

3 Ideo, & mortui magis videbitur eſſe adhuc caro, & os, quam manus, & bracchium,

nis brachio, & manu haud amplius appareat id, quod formalis vicem rationis gerebat, niſi ęquiuoce. Neq; enim eadem manet figura, quatenus animæ inſtrumentum erat ad ipſius operationes exercendas, ſed abijt id, quod formam, & propriam rationem brachio, aut manui tribuebat. At caro eadem ferè videtur hominis mortui, ac viui, etſi re vera, mortua cum ſit, ea formali careat ratione, qua animata prædita erat. Neque enim formalis ratio carnis in determinata ſolum figura carnis cōſiſtit, ſed etiam in tali figura, per quam anima proprias exerceat operationes. Quia verò abeunte anima huiuſmodi operationes edi nequeunt, haud amplius eam rationem formalem habet caro, quæ ad veram efficiendam accretionem requiritur. Quoniam igitur in partibus diſſimilaribus rationis materialis diſtinctio clarè cernitur, in ſimilaribus eadem quoque partibus inerit, cum ad harum incrementum diſſimilares accretionem ſubeant partes. 4 Quapropter manifeſtum eſt quaslibet carnis, aut oſſis partes quodammodò augeri, & quodammodo non. 5 Etenim augentur quidem ſecundum formam, & figuram, quia omnes partes alimentum ſuſcipiunt, quatenus certam quandam figuram, & determinatam magnitudinem

4 Quapropter eſt quidem, vt quæcumque pars carnis, aucta ſit, eſt autem vt non:

5 ſecundum formam enim cuicumque acceſſit,

tudinem habent. [6] At ſecundum partes materiales haudquaquam augentur, quia omnes partes materialiter ſumptæ alimentum ſuſcipere nequeūt, ex eo quod, nec vbique adſint pori, nec perpetuò maneant, ſed alijs de nouo genitis, aliæ continenter effluant, ac pereant. Ex his patet quo modo propoſita de accretionis materia ſoluatur dubitatio. Dicimus enim corporea aduenieute materia accretionem fieri, nec propterea vacuum, aut penetrationem corporum concedendam eſſe, quoniam in poris, ac meatibus partium ſimilarium ſuſceptum alimentum, haud omnibus partibus materialibus intimè iungatur, ſed ijs dumtaxat, quæ ſecundum externam quandam figuram, & proportionem ſumuntur. Atque id etiam ex dictis patet, quænam ſit proxima, & materialis accretionis cauſa. Si enim quæramus materiam, ex qua fit accretio, ea receptum in poris alimentum, & in ſubſtantiam viuentis conuerſum eſt. Si vero quæramus materiam, in qua, vt in proprio ſubiecto ineſt accretio, animatum videtur corpus, quà præditum anima eſt. Vt enim ipſum actuat, ac determinat inexiſtens anima ſecundum partes, quas tali magnitudine, ac figura præditas requirit ad proprias edendas operationes, ſuſce-

6 Secundum materiam verò non.

Digitized by Google

ſuſcepto in poris alimento extenditur, & ampliores ſortitur terminos.

Sed vt perfecte aſſequamur modum quo accidit accretio, de alimento quo anima, vt exteriori vtitur materia ad proprium augendum corpus, quatenus ad viuentis accretionem refertur breuiter agendum eſt.

Tex. 38.

1 Maius autem totum generatum eſt, adueniéte aliquo quidem, quod vocatur nutrimentum, & contrarium, tranſmutato autem in eandem formam,

2 vt ſi ſicco adueniret humidum, cum autem aduenerit, tranſmutaretur, & generaretur ſiccum.

3 Eſt enim vt ſimile ſimili augmentetur, eſt autem vt diſſimili.

Ergo [1] totum viuentis corpus creſcit, ac maius euadit aliquo accedente, quod alimentum dicitur, atque corpori, cui adijcitur actu oppoſitum eſt, poteſtate autem ſimile, quatenus tranſmutari poteſt, & eandem ſpecificam ſuſcipere formam, quam actu viuẽs obtinet corpus. [2] Atque hoc pacto ſi corpus augendũ ſiccum exiſtat, adueniens humidum alimentum erit, cum autem aduenerit, mutatum euadet ſiccum. [3] Quamobrem ſimile quidem alimentum eſt, quatenus ipſum à facultate nutritiua mutatum corpus auget, diſſimile vero, quatenus aduenit, & à viuente per os, aut radices ſumitur.

Tex. 39.

1 Dubitabit autem aliquis, quale oportet eſſe, id quo augetur. Manifeſtum vtique quod eſt potentia illud.

a *Philopponus.*

2 Vt ſi caro, potentia carnem actu igitur alterum.

Quod ſi [1] quærat aliquis, [a] quale oporteat eſſe alimentum, quo viuens augeri debet, aſſerendum eſt ipſum ſic viuenti ſuaptè natura diſſimile eſſe, vt in potentia ſit ad ſuſcipiendam formã, quam obtinet viuens, actu verò aliqua alia præditum forma exiſtat. [2] Proinde ſi caro augenda eſt alimentum po-

teſtate

teſtate videtur caro, actu verò quoddam aliud carni oppoſitum corpus. 3 At cum tranſmutatum iam eſt, ac perijt, carni exiſtit ſimile, atque ex eo incrementum ſuſcipit caro. 4 Vt igitur fiat accretio, haud extra viuens corpus in carnem alimentum vertitur, ſed cum in eo ſuſceptum fuerit. 5 Aliter enim generatio tantum carnis eſſet, minimè autem accretio. 6 Id autem, quod augetur, alimento prorſus augetur. Quare ſeorſim exiſtere alimentum nequit, ſed corpori augendo permiſceri, itáque in eius ſubſtantiam verti. 7 Ergo neceſſe eſt viuenti, quod augetur alimentum adijci, eique in minimas diuiſum particulas miſceri, & ab inſita in eo facultate mutari, vt viuentis ſortiri formam queat. 8 Vt enim vinum aquam iniectam in ſe conuertit, ſi eam tranſmutandi vim habeat, eaq; moles ipſius augetur: 9 item ignis ligna ſibi appoſita vrendo conſumit, & in ſe transfert, iiſq; additis fit maior: 10 ſic exiſtimandum eſt in eo, quod creſcit, & actu exiſtit caro, ineſſe animam effectricem auctionis cauſam, quæ adueniens alimentum ex eo, quod poteſtate caro eſt, actu carnem facit. 11 Quare vt alimentum augeat carnem ei ſimul vniri, & in eius ſubſtantiam verti debet. 12 Si enim ſeorſim ex alimento fieret caro, iam ſola

carnis

3 Corruptum autem hoc ro generatum eſt.

4 Non igitur ipſum ſecundum ſe,

5 generatio enim eſſet, non augumentatio.

6 Sed quod augetur, hoc.

7 Quid igitur patiens ab hoc auctum eſt, an mixtum?

8 Quemadmodum ſi quis vino ſuper infundat aquã, hic autem poſſit vinum facere, quod mixtum,

9 & quemadmodum ignis tangens vrenda vrit,

10 ita in eo, quod augetur & exiſtente actu carne, quod ineſt augumentatiuum, adueniente potentia carne fecit actu carnem.

11 Ergo ſimul exiſtentes.

12 Si enim ſeorſum, generatio.

Digitized by Google

13 Eſt enim ita facere, ignem ad exiſtentem adiungentem ligna, ſed ſic quidem augmentatio eſt.

14 Quando autem ipſa ligna accenſa fuerint, generatio.

carnis generatio, minimè autem diceretur accretio. Hoc autem exemplo ignis facilè intelligi poteſt. 13 Nam ſi exiſtenti iam igni apponantur ligna, & cum eo ſimul comburantur, haud ſimpliciter eſſe genitum aſſerimus ignem, ſed ampliorem factum eſſe dicimus. 14 At verò ſi per ſe ligna antequam adijciantur igni, comburantur, ſimpliciter eſſe ortum cenſemus ignem, abſque eo quòd vlla fiat accretio. Eodem modo ſi carni exiſtenti adueniat alimentum, quod in eius vertatur ſubſtantiam, auctam fuiſſe dicimus carnem, ſi verò ſeorſim gignatur caro, haud alteri adueniens, ſimpliciter dumtaxat ortam fuiſſe carnem putamus. Ex quibus manifeſtum eſt mutationem, qua in carnē alimentum vertitur, eamque ſic auget adgenerationis potius, quàm ſimpliciter generationis nomine dignam eſſe.

Obijcies, accretio mutatio eſt, qua gignitur magnitudo, & generatio magnitudinis ex non magnitudine fit, quemadmodum & vnumquodque ens ex non ente gignitur, quare falſum erit materiam, ex qua fit accretio, actualem habere magnitudinem.

Tex. 40.

1 Quantum autem vniuerſa le quidem non generatur, quemadmodum nec animal, quod nec homo, nec aliquod eſt ſingularium.

Reſpondeo 1 in accretione haud magnitudinem vniuerſe ſumptam gigni, quemadmodum nec generatur animal, quod aliqua ſpecies animalis, aut ſin-

gulare

Digitized by Google

gulare aliquod indiuiduum non ſit. Sed vt in ſubſtantiali generatione eatenus generatur animal, quatenus Plato, aut Socrates fit, ita & in accretione eatenus efficitur magnitudo, quatenus hæc, aut illa magnitudo fit. Quare cum in accretione ſingularis tantummodo magnitudo fiat, ex non ſingulari magnitudine fit, & caro actuali prædita magnitudine ex alimento fit, quod actu aliam magnitudinē habet. Ex quo vere accidit accretionem fieri ex materia magnitudine prædita, quæ alia poteſtate magnitudo eſt. ³ Caro igitur, & os, aut manus, aut nerui, & ſimilares partes alimento magnitudine affecto aduenicte creſcunt, quod non actu, ſed poteſtate caro prædita magnitudine eſt.

2 Sed vt hic vniuerſale, ita & illic quantum.

3 Caro igitur, & os, aut manus, aut nerui, & horum ea, quæ ſunt ſimilium partium, adueniente quidem aliquo quanto, ſed non carne quanta.

Ex his patet differentia, quę inter accretionem, & nutritionem ineſt, ex varia, qua alimentum augere, ac nutrire aptum eſt ratione deſumpta.

Etenim ¹ quia alimentum, quòd augendo aduenit corpori, & ſubſtantia carnis poteſtate eſt, & magnitudo eiuſdem, eatenus auget corpus, cui aduenit, quatenus caro, aut alia ſimilaris pars actuali prædita magnitudine poteſtate eſt. ² Neceſſe enim eſt in accretione, & carnem, & magnitudinem gigni. ³ Eatenus verò adiectum alimentum nutrit, quatenus ſola caro poteſtate

Text. 41.

1 Secundum igitur, quod potentia compoſitum ex vtroque eſt, vt quanta caro, ſic quidem auget.

2 Etenim quantum oportet generari, & carnem.

3 Secundum autem, quod ſolum caro eſt, nutrit.

Digitized by Google

ſtate eſt; etenim media nutritione viuentis reparatur ſubſtantia, atq; inſtauratur. 4 Quapropter ſola ratione accretio, & nutritio differunt, cum ex eodem fiant alimento, & ad varios terminos, ac fines tendant. 5 Præterea quandiù ſaluum manet animal, etſi decretionem ſubeat, nutritur, ſed non ſemper accreſcit. 6 Quamobrem nutritio idem, quod accretio exiſtit, ratio tamen eſt diuerſa. 7 Etenim eadem materia viuenti adiecta corpori, quatenus caro actuali prædita magnitudine poteſtate eſt, ipſam augere carnem ſuapte natura poteſt. 8 Quatenus verò ſubſtantia dumtaxat carnis poteſtate eſt, eandem nutrire valet. Sed vt pleniorem accretionis cognitionem habeamus, quomodo efficiens, & patiens ad accretionem, & nutritionem efficiendam concurrant breuiter declarandum eſt. 9 Anima igitur, quæ forma ſine materia dicitur accretionem, & nutritionem efficit, quatenus quidem in materia eſt, haud hæc ſine materia præſtare valens, ſed vt immaterialis quædam exiſtens facultas, hoc eſt, non vt hæc anima huius ſingularis Socratis, aut Platonis ad proprias eorum ſingularitates contracta nutritionem, & accretionem efficit, ſed vt vniuerſalis quędam eſt facultas quodammodo immaterialis exiſtens, quæ

4 Etenim ſic differunt nutritio, & augumẽtatio ratione.

5 Ideo nutritur quidem, quouſque ſaluum fuerit, etſi diminuatur, augumentatur autem non ſemper.

6 Et nutritio augumentationi idem quidem eſt, ipſo autem eſſe aliud.

7 Secundum enim quod eſt id, quod aduenit potentia quanta caro augmentatiuũ carnis eſt.

8 Secundum autem quod ſolum potentia caro, nutrimentum.

9 Hæc autem forma ſine materia, vt immaterialis quædã potentia, in materia eſt.

Digitized by Google

in materia tamen, & indiuiduo ſenſibili agit, quo vt requiſita conditione deſtituta efficere nihil poteſt. Nam ſi animæ Socratis, & Platonis, vt tales ſunt nutrirent, & augerent, Plato, & Socrates tantummodo nutritionem, & accretionem ſubirent. Solum ergo nutriunt, & augent, vt augendi, & nutriendi facultatem præciſè obtinent.
10 Alimentum verò, ex quo alterato, ac tranſmutato anima proprium auget, ac nutrit corpus, materia quædam eſt actionis animæ ſuſceptiua, atq; potentia immaterialis exiſtens. Neque enim alimentum patitur, ac tranſmutatur ab anima, vt hæc Socratis, aut Platonis caro, & magnitudo hæc fieri poteſt, ſed quatenus potentia caro, & magnitudo exiſtit. Vt enim anima efficiens nutritionis, & accretionis cauſa non eſt, vt in hac ſignata, ac ſenſibili ineſt materia, ſed vt immaterialis quædam facultas eſt, ita & alimentum, quo nutrimur, & augemur non patitur ab anima, vt hæc caro huius indiuidui, & hæc magnitudo eſſe poteſt, ſed vt caro poteſtate eſt, quæ tali competit ſpeciei, & magnitudo, quam tale requirit viuens. Si enim ex alimento ſolum vt Socratis, aut Platonis caro, & magnitudo poteſtate eſt, accretio, & nutritio fierent, Plato, & Socrates tantummodo accretionem,

10 Si autem aliquā aduenerit materia, exiſtens potētia immaterialis, habens & quāſi tum potentia,

tionem, & nutritionem ſumerent, alimentum ergo vt immateriale quiddam eſt ab omni ſingularitate ſeiunctum caro, & magnitudo poteſtate eſt. 11 Si igitur actiua animæ facultas, & paſſiua alimenti potentia iungantur ſimul, maiores immateriales erunt, hoc eſt, vtræque ſimul iunctæ potentiæ, vnum quid maius, ad quod nutritio, & accretio tendunt, efficient. Neq; enim caro hęc, aut illa exiſtet magnitudo; ſed hominis caro, & amplior magnitudo hominis; quandoquidem natura in corpore viuentis augendo, ac nutriendo Socratis, aut Platonis haud carnem, & magnitudinem ſibi proponat, ſed hominis carnem, & magnitudinem, quam ſuapte natura requirit homo; hoc verò, aut illud eſſe per accidens tantummodo intendat.

11 hæ erunt maiores immateriales.

Verum vt tandem aliqua de natura decretionis dicamus, quoniam ex dictis de accretione colligi facillimè poteſt, quæ decretioni eſſentiales competant conditiones, id tantum quæremus, cur eadem corpora ad certum quoddam tempus creſcant, poſtea verò decreſcant.

Tex. 42.

1 Si autem amplius facere nó poſſit.

Cum 1 igitur anima, quæ accretionis, & decretionis principium eſt ob ſenium, & caloris naturalis debilitatem eò redacta fuerit, vt amplius nequeat

in

in proprij ſubſtantiam corporis tantam alimenti portionem vertere, quanta deperdita eſt, & plus elabitur materiæ, quam reparet, [2] ac ſimilis generoſo fuerit vino, quod initio infuſionis aquę potens, ac generoſum eſt, eadem verò perſeuerãte fit ſemper minus validum, adeò vt tandem tota eius perdatur virtus, & mera fiat aqua: [3] ſic anima in ſenio debilitata calore ob continuam cũ alimento pugnam iam fracto, ac diminuto, haud amplius alimentum ſufficiens omnibus partibus diſpenſare, & in propriam ſubſtantiam vertere poteſt, atque vt ſe conſeruet vnit, & conſtringit corporis partes, ne maiorem, quam par ſit, adinuicem habeant diſtantiam, maioremq; raritatem acquirant. Neq; verò ita fit viuentis decretio, vt virtutis quæ in generoſo ineſt vino, debilitatio. Etenim vinum cum virtutis iacturam patitur, propriam haud formam, & naturam conſeruat, ſed cõtinuo ad aquæ formam tendit. [4] At viuens cum decreſcit propriam non amittit formam; ſed magnitudinem ſolum, ac materiam, in qua ineſt forma, non quia animæ particulæ conſiſtant, ac minimè cum materia fluant, ſed quia decreſcens animal in naturam alimenti haudquaquam tranſit. Atq; hæc de accretione, & decretione dicta ſint ſatis.

2 ſed vt aqua vino, ſemper amplius mixta in fine aquoſum facit, & aquam,

3 tunc diminutionem fecit quanti,

4 formã autem manet.

Tex. 43.

1 Quoniam autem oportet primum de materia, & de vocatis elementis dicere, & ſi ſiue, & ſi non, & vtrū ſempiternum ſit vnumquodque, an generatur aliquo modo, & ſi generetur, vtrum ex ſe inuicem generentur omnia eodē modo, an aliquod primum eorum vnum ſit:

2 neceſſe eſt prius vtique dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc.

3 Omnes enim qui elementa generant, & qui ea, quæ ex elementis ſegregatione vtūtur, & congregatione, & ipſo facere, & pati.

4 Eſt autem congregatio mixtio.

5 Quomodo autem miſceri dicimus non eſt determinatum manifeſte.

Iam [1] verò quoniam ortus, ac interitus rerum cauſas indagantes de materiali primum cauſa, ſeù de corporibus, quæ communi elementa nomine dicuntur pertractare cogimur, an rerum principia ſint, nec ne, & an eorum vnumquodq; æternum, ac perpetuum ſit, an aliquo alio modo ortum, ac interitum ſubeat, & ſi oriuntur, ac occidunt elementa, an omnia ex ſeſe viciſſim eodem fiant modo, an potius vnum ex eis, vt principium exiſtat, ex quo cætera fiant, & in quod alia reſoluantur omnia: [2] de ijs vtiq; prius, de quibus imperfectè, ac ruditer loquuti ſunt Veteres, nempè de mixtione, actione, paſſione, & contactu dicamus oportet; quandoquidem elementa in præſentia conſideramus vt mixtorum principia ſunt, in quorum natura, & affectionibus inueſtigandis noſter hic inſudat labor. Neceſſitas illatæ conſequentiæ ſic patet. [3] Nam omnes Philoſophi, tam qui elementa ex alijs eſſe genita, quam qui alia ex eis conſtitiſſe inquiunt, congregationis, ſegregationiſq;, & actionis, ac paſſionis mentionem faciunt, [4] at cōgregatio mixtio quædam eſt, quare ortus rerum mixtione haud cognita perfectè declarari nequit. [5] Etſi quo modo hæc fiat planè, ac dilucidè à Veteribus quicquam definitum non ſit.

At

[6] At verò nec alterari aliquid, nec ſegregari, congregariue nullo patiente, aut agente poteſt, actionis ergo, & paſſionis conſideratio præteriri non debet. [7] Etenim qui plura conſtituunt rerum naturalium principia, generationem per mutuam elementorum actionem effici aiunt. [8] Quamquam, & ij, qui ex vno facta omnia dicunt, actionem, & paſſionem fateri coguntur. [9] Atq; hoc rectè quidem aſſerit Diogenes, niſi ex vno eſſent omnia non poſſe viciſſim agere, & pati, ceù calidum frigeſieri, & idem rurſum caleſieri. [10] Non enim calor, & frigus in ſeſe mutuo tranſeunt, ſed ipſum vt patet ſubiectum mutationem ſuſcipit, eorumue pugnam ſuſtinet. [11] Quamobrem horum, quibus competit actio, vnam ſubiectam eſſe materiam neceſſe eſt. [12] Verum omnia, quæ agunt, & patiuntur communem habere materiam falſum eſt, ſed ea dumtaxat in materia conueniunt, quibus mutuo à ſeſe pati, & agere inſitum eſt; Sublunaria enim corpora eandem cum cæleſtibus materiam non habent. [13] Quoniam igitur de actione, & paſſione, ac mixtione contemplandum eſt, & de tactu etiam ſpeculemur oportet. [14] Neq; enim agere, & pati ea poſſunt propriè, quæ ſe mutuò tangere nequeunt, neq; fieri poteſt vt miſceantur,

6 Sed neque alterari poſſibile eſt, neq; ſegregari, neque congregari nullo faciente, neque patiente.

7 Etenim plura elementa facientes generant faciendo, & patiendo ab inuicem.

8 Quamuis ex vno neceſſe ſit dicere factionem.

9 Et hoc recte dicit Diogenes, quod ſi non eſſent ex vno omnia non eſſet facere, & pati ad inuicem, vt calidũ infrigidari, & hoc caleſieri rurſus.

10 Non enim transmutantur caliditas, & frigiditas in ſe inuicem, ſed manifeſtũ eſt, quod ſubiectum.

11 Quapropter in quibus eſt facere, & pati, neceſſe eſt horum vnam ſubiectam eſſe naturam.

12 Omnia igitur talia eſſe dicere non verum eſt; ſed in quibuſcumq; ipſum ab inuicem eſt.

13 Sed ſi de ipſo facere, & pati, & de mixtione videndum ſit, neceſſe eſt, & de tactu.

14 Neq; enim facere hæc, & pati poſſunt propriè, quæ nõ eſt poſſibile ſe inuicem tangere, neq; non tangentia ſe

Digitized by Google

inuicem aliqualiter contingit miſceri primum.

15 Quapropter de tribus his determinandum eſt, quid tactus, & quid mixtio, & quid factio.

16 Principium autem accipiamus hoc.

tur, quæ non quodammodo ſeſe tangunt prius. [15] Quare de his tribus quid tactus, quid mixio, & deniq; quid actio determinandum videtur. Atque exordium quidem à contactu ſumendum eſt. Nam tactus ſuapte natura mixtione, actione, & paſſione prior eſt, & abſque illis eſſe, ac percipi valet, mixtio verò, actio, & paſſio, nec abſq; tactu eſſe, nec vllo pacto cognoſci queunt. [17] Quæcumque enim miſceri apta ſunt mutuò ſeſe tangere ex neceſſitate poſſunt, atq; ſi quid agat, & aliud patiatur propriè, ſimili itidem modo, atq; illa affici oportet: at plurima ſeſe tangunt corpora abſque eo, quod vlla intercedat actio, aut mixtio. [18] Quare primum de tactu dicendum eſt.

17 Neceſſe enim entium, quibuſcumque eſt mixtio, eſſe hæc ad inuicem tactiua, & ſi aliquid facit, hoc autem patitur principaliter, & in his ſimiliter.

18 Ideo primum dicendum eſt de tactu.

Tex. 44.

1 Fere igitur, vt & aliorũ nominum vnumquodq; dicitur multifariam, & hæc quidem æquiuoce, hæc autem altera ab alteris, & prioribus:

[1] Quemadmodum igitur alia, pleraq; nomina pluribus dicuntur modis, quædam æquiuoce, quæ rebus nullam ſubſtantiæ communionem habentibus competunt, quædam analogice, quæ cum pluribus conueniant rebus, vnam propriè, ac prius, alias impropriè, ac poſterius, quæ pendent ab ea, ſignificant: [2] ſic etiam de tactu aſſerendum eſt, quod vnam propriam notionem habeat, reliquas improprias, & ab ea quodammodo ortas. [3] Tactus ergo propriè dictus, ſi alios impropriè dictos omittamus tactus, attribuitur ijs, quæ

2 ſic ſeſe habet, & de tactu.

3 Sed tamen proprie dictus inexiſtit habentibus poſitionem.

magni-

magnitudinem, ac ſitum habent. [4] His verò ſitus, quibus, & locus competit. [5] Atq; ideo mathematicæ etiam quantitates tactum, & locum habent, [a] ſiuè vt mente à ſenſibilibus abſtractæ, ſiuè vt actu extra animam in rebus naturalibus exiſtentes conſiderentur. [6] Quare ſi hoc modo ſumatur tactus, quemadmodum in phyſicis definitum eſt, ea profectò ſe mutuò tangent, quæ determinatas habent magnitudines, itàque obtinent ſitum, vt eorum ſimul extrema ſint. [7] At verò quoniam ſitus omnibus, quibus, & locus competit, primę autem loci differentiæ ſunt ſurſum, & deorſum, ſiuè ſimpliciter, ſiuè ſecundum quid ſumantur: ſurſum autem, ac deorſum ſimpliciter quidem locum intelligo, qui extrema ſuapte natura continet elementa, ſecundum quid verò, qui media elementa, omniaque mixta comprehendit: [8] omnia profectò, quæ ſeſe mutuò tangunt, grauia, aut leuia erunt, [a] ſiuè grauia, ac leuia ſimpliciter ſint, vt terra, & ignis, ſiue ſecundum quid, vt aqua, & aer, & omnia mixta. [9] Quæ autem ſic ſe habent, inuicem actiua, & paſſiua ſunt, cum ea dumtaxat corpora grauia, aut leuia exiſtant, quæ ortui, ac interitui obnoxia actiuas, ac paſſiuas habent qualitates. [10] Quapropter manifeſtum eſt, ea ma-

L ximè

4 Poſitio autem quibus, & locus.

5 Etenim mathematicis ſimiliter reddendus eſt tactus, & locus, ſiue eſt ſeparatum vnumquodq, ipſorum, ſiue alio modo.

a Philoponus.

6 Si igitur eſt, vt determinatum eſt prius, tangere vltima habere ſimul, hæc vtique tangent ſe inuicem quæcūq; determinatas magnitudines, & poſitionem habentia, ſimul habent vltima.

7 Quoniam autē poſitio quidem quibuſcumq;, & locus inexiſtit, prima autem differentia loci ſurſum, & deorſum, & talia oppoſitorum:

8 omnia ſe inuicem tangentia grauitatem vtique habebunt, aut leuitatem, aut ambo, aut alterum.

a S.Thomas.

9 Talia autem paſſibilia, & actiua.

10 Quapropter manifeſtum eſt, quod hæc tangere nata

Digitized by Google

ſunt ſe inuicem, quorum diſtinctis magnitudinibus ſimul vltima ſunt exiſtentibus motiuis, & mobilibus ad inuicem.

ximè propriè ſuapte natura mutuò ſeſe tangere, quæ diſtinctis magnitudinibus prædita ſimul habent extrema, & viciſſim agere, ac pati, mouere, ac moueri apta ſunt.

Tex. 45.

1 Quoniam autem mouens non ſimiliter mouet, quod mouetur, ſed hoc quidem neceſſe eſt motum, & ipſum mouere, hoc autem immobile exiſtens;

2 manifeſtum eſt, quod in faciente dicimus ſimiliter:

3 etenim mouens facere aliquid inquiunt, & faciens mouere.

4 Sed tamē differunt, & oportet determinare.

5 Non enim poſſibile eſt mouens omne facere, ſi faciens opponemus patienti.

6 Hoc autem, in quibus motus, paſſio,

7 paſſio autem eſt, ſecundum quod alteratur ſolum, vt album, & calidum.

8 Sed mouere in plus eſt ipſo facere.

1 Atq; vt aliam tactus notionem inueſtigemus. Supponendum eſt duplex mouens eſſe, aliud quidem quod cum aliquid mouet, ab eodem viciſſim mouetur, aliud verò quod ab eo, quod mouet haudquaquam mouetur. 2 Quidam hanc eandē differentiam in agente, ac patiente eſſe putant, 3 aiuntque vt mouens mobile, & immobile datur, ſic agens patiens, & non patiens concedendū eſſe, omne mouēs agere, & omne agens mouere arbitrantes. 4 Sed verè falluntur: nam inter agens, ac mouens differentia eſt, eamq; determinare oportet. 5 Atq; omne haud mouens agere perſpicuum maximè erit, ſi quodnam agenti opponatur patiens conſiderabimus. 6 Etenim id patiens propriè eſt, quod paſſionem aliquam, & affectionem ſuſcipit, 7 ſed paſſio, & affectio qualitas quædam eſt, ſecundum quam aliquid alteratur, vt albedo, & caliditas, quare propriè agere idem erit, atque alterare. 8 Mouens igitur latius, quam agens patet, cum mouens ſecūdum quamcumq; ſpeciem motus, agens verò alterationis motu dumtaxat

xat moueat. [9] Ex his manifeſtum eſt ea, quæ mouent, partim quidem mobilia tangere, partim verò non, quandoquidem inter ea ſolum propriè inſit contactus, quæ viciſſim mouent, ac mouentur. [10] Quare tactus in vniuerſum acceptus ijs competit, quæ ſimul extrema habent, & vnũ motiuum, aliud mobile eſt; maximè autem proprie ijs tactus ineſt, quæ viciſſim mouent, ac mouentur, in quibus mutua reperitur actio, & paſſio ob communem, quam obtinent, materiam. [11] Verum autem eſt id, quod tãgit ab ea re, quam tangit, vt plurimum tangi. [12] Etenim omnia ferè, quæ apud nos ſunt, cum mouentur mouent, ex quo neceſſariò quod tãgitur id tangere putamus à quo tãgitur. [13] Interdũ autem dicimus ſolũ mouens id tangere ꝙ mouetur, & contra quod tangitur id non tangere à quo tangitur. [14] At quoniam ea, quæ eandem obtinent materiam, cum motum ſubeunt, mouent, id, quod tangitur neceſſariò tangere arbitramur. Sed hæc à veritate maximè aberrant. [15] Nam ſiquid mouet haud motum ab eo, quod mouet, tanget quidem mobile, ſed ab eo minimè tangetur, quemadmodum accidit cum aliquis moleſtia nos afficit, [16] nos enim ab eo tangi affirmamus, quem nullo modo tangimus. Ex

 his

9 Illud igitur manifeſtum eſt, quod eſt quidem, vt mouentia mobilia tangant, eſt autem vt non.

10 Sed determinatio ipſius tãgere vniuerſaliter quidẽ eſt poſitionem habentium, & huius quidem motiui, huius autem mobilis, ad inuicem autem motiui, & mobilis, in quibus exiſtit facere, & pati.

11 Eſt igitur vt plurimum tangens, id quod tangit, tangens:

12 etenim mouent mota omnia fere, quæ corã ſunt quibuſcumque neceſſe, & apparet tangens tangere quod tangit.

13 Eſt autem vt aliquando inquimus mouens tangere ſolum id, quod mouetur, quod autem tangitur, non tangere, quod tangit:

14 ſed quia mouent mota ea, quæ eiuſdẽ generis, neceſſe videtur eſſe, quod tangitur, tangere.

15 Quapropter ſi quid mouet, inmobile exiſtens, illud quidem tanget ipſum mobile, illud autem nihil;

16 inquimus enim aliquando triſtantem tangere nos, ſed nos non eum.

his patet neceſſitatem contactus ex ratione actus, & potentiæ oriri, adeò vt cùm aliquid, vt actus aliud reſpicit, ac mouere proximè poteſt, illud neceſſariò tangat, cum verò aliquid, vt potentia ab alio reſpicitur, aptumque eſt, ac determinatum ad ſuſcipiendum motum, ex neceſſitate ab eo tangatur. [17] Atque hæc de tactu, qui naturalibus, & corruptibilibus ineſt corporibus definita ſint.

17 De tactu igitur, qui in naturalibus determinatum ſit hoc modo.

Tex. 46.

De ipſo autem facere, & pati dicendum conſequenter.

[1] Conſequens iam eſt vt de actione, & paſſione dicamus, quandoquidem vt actionem, & paſſionem contactus, ſic mixtionem præcedant actio, & paſſio. Atque vt conſuetum ſeruemus ordinem, antequam propriam de actionis, & paſſionis natura proferamus ſententiam, quæ à Veteribus hac de re minus probe ſunt dicta refellere oportet. [2] Duas igitur à maioribus noſtris quodammodo inter ſe oppoſitas ſententias accepimus. [3] Etenim pleriq; in eo conſentiunt, vt ſimile à ſimili pati nihil poſſe dicant, & actionem, ac paſſionem inter ea fieri poſſe negent, quæ ſimilia ſunt. Sic autem arguunt. [4] Neutrum eorum, quæ ſimilia ſunt magis altero actiuum, aut paſſiuum eſt, cum eadem omnia ſimilibus æque inſint, quoniam igitur in ſimilibus determinatum agens, aut patiens non eſt, nec vlla poterit

2 Suſcepimus enim à Prioribus ſubcontrarios ad inuicem ſermones.

3 Multi enim cócorditer hoc dicunt, quod ſimile quidem à ſimili omne impaſſibile eſt;

4 propterea quod non magis actiuum, quam paſſiuum ſit alterum altero: omnia enim ſimiliter exiſtunt eadem ſimilibus.

terit fieri actio, aut paſſio. 5 Hinc verò quæ diſſimilia ſunt, & differentes habent formas aptiſſima eſſe, vt mutuò agant, & patiantur aſſerunt. 6 Quod ſi quis dicat ſimile pati à ſimili, propterea quod maior ignis minorem abſumat, ac deuoret: reſpondent id ob contrarietatem euenire, quæ inter magnum, ac paruum ineſt.

1 Democritus autem ſolus præ ceteris non nihil proprij attulit. Nam agens, & patiens idem, ac ſimile eſſe aſſerit, fieri haudquaquam poſſe exiſtimans, vt quæ diſſimilia ſunt, differenteſque obtinent formas agere viciſſim, ac pati queant. 2 Quod ſi ea quæ proprijs diſcrepant formis, quippiam in ſe mutuo agant, hoc illis euenire cenſet, non quò ab inuicem differunt, ſed quò eadem, ac ſimilia ſunt. 3 Atque has veteres de actionis, & paſſionis natura proferunt ſententias.

1 At qui ſic aiunt partim vera, partim falſa enunciantes quodammodo oppoſitas ſententias dicunt. 2 Contradictionis verò cauſa hæc eſt. Nam cum totum ipſum conſiderare debuiſſent, nempe materiam, & formam eorum, quæ agunt, & patiuntur, de alia, atque alia dumtaxat parte loquuti ſunt. Alij enim agentium, ac patientium ſpectantes formas, quæ agunt, & patiuntur

5 Diſſimilia autem, & differentia facere, & pati ad inuicem nata ſunt.

6 Etenim quãdo minor ignis à maiori corrũpitur, propter contrarietatem hoc inquiũt pati: contrarium enim eſſe multum pauco.

Tex. 47.

1 Democritus autem vltra alios proprie dixit ſolus: inquit enim idem, & ſimile eſſe faciens, & patiens, non enim contingere altera, & differentia pati ad inuicem.

2 Sed ſi altera exiſtentia faciunt aliquid ad inuicem, nõ ſecundum quod altera, ſed ſecundum quod idẽ aliquid in exiſtit, ſic accidere hoc eis.

3 Quæ igitur dicuntur hæc ſunt.

Tex. 48.

1 Videntur autem hoc modo dicentes ſub contraria apparere dicere.

2 Cauſa autẽ contrarij ſermonis eſt, quoniam cũ oporteat aliquod totum inſpicere, partem aliquam dicunt ambo.

tur

Digitized by Google

tur diſſimilia eſſe dixerunt, cum diſſimiles formæ diſſimiles efficiant actiones. Alij verò agentium, ac patientium materiam conſiderantes, ea ſimilia eſſe affirmarunt, cum inter ea exiſtat actio, quę circa idem verſantur ſubiectū, communemque materiam habent. 3 Et quidem certum eſt ea, quæ & in materia, & in forma ſimilia ſunt, mutuo agere, ac pati nullo modo poſſe. 4 Quæ enim aſſignari poteſt ratio, qua alterum eorum ſit potius actiuum, quam paſſiuum? 5 Deinde ſi actio ſimilis fieret in ſimile, atque ſimilitudo actionis cauſa eſſet, quę ſimiliora ſunt, in ſe promptius agerent, at alteri nihil ſimilius eſt, quã idem ſibi ipſi, ergo idem in ſe ipſum maximè aget, & à ſe ipſo patietur. 6 His verò ſic ſe habentibus nihil vtiq; incorruptibile, aut immobile erit, ſi quidem ſimile, quà ſimile efficiens eſt. 7 Nam ſe ipſum diſſoluet, ac deſtruet vnumquodq; cum mouere ſe, ac transmutare quoduis aptum ſit.

1 Præterea nec ſimiliter ea viciſſim agere, ac pati queunt, quæ omnino diſſimilia ſunt, & penes materiam, ac formam differunt. 2 Neque enim fieri poteſt, vt linea, & albedo, quæ communẽ haud obtinent materiam in ſeſe mutuò agant, & patiantur, niſi ſecundum accidens ex eo, quod alba, aut nigra fuerit

3 Simile enim, & omni quaq; indifferens rationabile eſt nõ pati à ſimili aliquid.

4 Cur enim magis alterum erit actiuum, quam alterum?

5 Atq; ſi à ſimiili pati aliquid poſſibile eſt, & ipsũ à ſeipſo.

6 Proinde his ita ſe habentibus, nihil vtiq; erit aut incorruptibile, aut immobile, ſi ſimile, ſecundum quod ſimile, actiuum.

7 Ipſum enim ſeipſum mouebit omne.

Tex. 49.

1 Et omnino alterum, & nullatenus idem ſimiliter.

2 Nihil enim patietur albedo à linea, aut linea ab albedine, prǽterquam ſecundum accidens, puta ſi accidat albam, aut nigram eſſe lineam.

rit linea. Manifeſtum autem eſt quæ prorſus diuerſa ſunt, mutuo actiua, & paſſiua non eſſe. Nam ea, quæ diuerſam habent materiam contraria non ſunt: 3 at quæ nec contraria ſunt, nec ex contrarijs conſtant ſe inuicem depellere, atq; è proprio ſtatu dimouere non ſtudent, quæ igitur penes materiam differunt, ac prorſus diuerſa ſunt mutuo agere, ac pati nequeunt.

3 Non enim extrudunt ſeipſa à natura quæcumque neque contraria, neque ex contrarijs ſunt.

Sed iam controuerſiam hanc diſſoluere, ac propriam conſtituere ſententiam oportet.

Tex. 50.

1 Sed quoniam non quodcũque natum eſt facere, & pati, ſed quæcumq; aut contraria ſunt, aut contrarietatem habent, neceſſe eſt & patiens, & faciens genere quidem ſimile eſſe & idem, ſpecie autem diſſimile, & contrarium.

1 Quoniam igitur quæcumque viciſſim agere, ac pati apta non ſunt, ſed ea ſolum, quæ aut contraria videntur, aut quoquo modo contrarietatem habent, neceſſe eſt agens patienti genere quidem, ac materia ſimile, atq; idẽ eſſe, ſpecie verò, ac forma diſſimile, & contrarium. Clara autem inductione patet agens, ac patiens eadem genere, ac materia eſſe. 2 Nam corpus aptum eſt à corpore, cum quo eandem obtinet materiã pati, & ſapor à ſapore, & calor è calore, & quodcumq; materiam habet ab eo, quod præditum eadem materia eſt. Materiam verò haud omnium primam intelligo, quæ ſuapte natura informis eſt, ſed eam, quæ aliquam habens formam in proxima ad aliam ſuſcipiendam potentia conſtituta eſt.

2 Natum enim eſt corpus quidem à corpore ſapor autem à ſapore, calor verò à calore pati; omnino autem, quod eiuſdem generis ab eo, quod eiuſdem generis.

Huius

Digitized by Google

Tex. 51.

1 Huius autē cauſa eſt, quod contraria in eodem genere ſunt omnia,

2 faciunt autem, & patiuntur contraria ad inuicem.

3 Quapropter neceſſe eſt, aliquo quidem modo eadem eſſe, & faciens, & patiens, aliquo autem modo altera, & diſſimilia ab inuicem.

4 Quoniam autem faciens, & patiens genere quidem eadem, & ſimilia, ſpecie vero diſſimilia,

a *Philopponus.*

5 talia autem contraria,

6 manifeſtum eſt quod actiua, & paſſiua ad inuicē ſunt contraria, & media.

7 Etenim omnino generatio, & corruptio in his.

8 Ideo, & rationabile iam ignem calefacere, & frigidū infrigidare, & omnino actiuū aſſimilare ſibi ipſi patiens.

9 Faciens enim, & patiens cōtraria ſunt,

[1] Huius autem rei cauſa hæc eſt. Nam omnia contraria in eodem continentur genere, atq; eandem participant materiam, quam vt poſſideant continenter bellum gerunt, ſpecie verò, ac forma diuerſa ſunt: [2] at quæcumque viciſſim agunt, & patiuntur contraria videntur; etenim in phyſicis definitum eſt haud à quouis pati quoduis, ſed ab eo, quod certum, ac determinatum, & contrarium eſt; ergo agens patienti genere, ac materia idem, & ſimile eſt. [3] Quamobrem neceſſe eſt agens, & patiens eadem quoquo modo eſſe, quatenus habent communem materiam, quoquo modo autem diuerſa inter ſe, ac diſſimilia, quatenus oppoſitas obtinent formas. [4] At verò quoniam agens, & patiens [a] genere quidem, & materia eadem, ac ſimilia ſunt, ſpecie autem, ac forma diſſimilia, [5] atq; huiuſmodi contraria videntur, [6] manifeſtum vtiq; eſt ea, quæ viciſſim agunt, & patiuntur contraria, aut media eſſe. [7] Præterea omnis generatio, & interitus in contrarijs verſatur, at actio, & paſſio generatio, atq; interitus eſt, ergo actio, & paſſio in contrarijs verſatur. [8] Quamobrem rationi conſentaneum eſt ignem calefacere, & frigidum frigefacere, & omnino actiuum id, quod patitur ſibi ſimile reddere. [9] Nam agens, & patiens con-

Digitized by Google

contraria ſunt; [10] omnis autem generatio in contrarium tendit, eaq; patiens oppoſitã ei formam acquirit, quam nõdum patiẽs habebat, [11] neceſſe ergo eſt, vt patiens in id mutetur, quod agendi vim obtinet. [12] Sic enim generatio in contrarium erit, per eam genita forma, quæ agentis formæ ſimilis eſt. Quare agens id præcipuè intendit, vt cum agat ſibi ſimile patiens reddat.

[1] Ex his iure patet quomodo Veteres oppoſitas proferentes ſententias veritatem quodammodo attigerint. [2] Etenim quandoque ſubiectum pati dicimus, cum ex vna qualitate in aliam oppoſitam mutatur; quo modo ſanari hominem, & calefieri, & frigeſieri, aliiſque ſimilibus affici aſſerimus. [3] Quandoque verò oppoſitam pati formam dicimus, cum altera adueniente forma recedit, quo modo frigidum calefieri, & ſanari ægrotum affirmamus. [4] Atque vera quidem vtraq; loquutio eſt. [5] Eodem modo, & in agente contingit, quãdoq; enim calefacere hominem, quandoque verò calidum aſſerimus. [6] Nam partim quidem patitur materia, partim verò oppoſita in ſubiecto exiſtens forma. Iam verò quoniam tum agens, tum patiens materia, & forma conſtat, eademque in ambobus ineſt materia, atque diſſimiles, oppoſitæque formæ,

 qui

10 & generatio in contrariũ.

11 Quapropter neceſſe eſt patiens in faciens tranſmutari.
12 Sic enim erit in contrariũ generatio.

Tex. 52.

1 Et ſecũdum rationem quoque non eadem dicentes ambos tamen eſt tangere naturam.
2 Dicimus enim pati quãdoque quidem ſubiectum, ſanari hominem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo.
3 Quandoq; autem calefieri quidem frigidum, ſanari autem laborans.
4 Ambo autem ſunt vera.
5 Eodem modo, & de faciente, quandoq; enim hominem calefacere inquimus, quãdoque autem calidum.
6 Eſt enim vt materia patitur, eſt autem vt contrarium.

[7] qui materiam dũtaxat conſiderarunt, actiua, & paſſiua eadem quodammodo, & ſimilia eſſe dixerunt: [8] qui verò ad ipſam tantummodo reſpexerunt formam, actiua, & paſſiua oppoſitas, ac diſſimiles habere formas arbitrati ſunt.

Habemus ex his quænam actiua, & paſſiua ſint, quæ verò actiua, cum agunt repatiantur, in præſentia determinandum eſt.

[1] Notandum ergo eſt agere, ac pati, quemadmodum & mouere, ac moueri dupliciter contingere. [2] Nam mouens duplex eſt. Aliud quidem, in quo primũ principium motus ineſt, quod vere, ac proprie mouens dicitur, [3] etenim mouendi principium cauſarum prima eſt, quæ inſitam, atque radicatam in ſe mouendi vim habet. [4] Aliud verò mouens eſt, quod ita mouet, vt poſt ipſum id tantummodo ſit, quod mouetur, & genitam ſuſcipit formam. [5] Atque eodem modo agens, & alterans duplex eſt, [6] aliud quidem primum, vt medicus, à quo ſanitas, vt à prima cauſa dependet, [7] aliud verò vltimum vt vinum, quod proximè ægrotum afficit corpus, & ad ſanitatem alterat. [8] Primum igitur mouẽs ita mouet, vt ab eo, quod mouetur haudquaquam moueatur. [9] Atque ſi de primo omnium mouente ab omni

ſ.cre-

7 Ad illud igitur reſpiciẽtes, idem oportere habere exiſtimauerunt faciens, & patiens.

8 Ad alterum autem contrarium.

Tex. 53.

1 Eandem quoq; rationẽ exiſtimandum eſt de ipſo facere, & pati, quam & de ipſo moueri, & mouere.

2 Dupliciter enim dicitur & mouens, in quo enim eſt principium motus hoc mouere,

3 principiũ enim prima cauſarum eſt,

4 & rurſus vltimum ad id, quod mouetur, & generationem.

5 Similiter autem, & de faciente.

6 Etenim medicum ſanare dicimus,

7 & vinum.

8 Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidẽ immobile eſſe,

9 in quibuſdam autem neceſſarium.

Digitized by Google

ſecreto materia loquamur, prorſus immobile ex neceſſitate eſt. 10 Vltimum verò mouens ita mobile mouet, vt ab eo viciſſim moueatur. 11 Idem & in actione contingit. Primum enim agens haud repatitur ab eo, quod tranſmutat, 12 vltimum autem ex neceſſitate patiens eſt. 13 Clara huius rei patet ratio; nam ea, quæ communem cum patiente materiam non habent, citra paſſionem agunt, vt medendi ars, quæ ineſt in animo, & primum ſanitatis efficiens eſt. 14 Ea verò, quæ communem cum patiente materiam obtinent, agunt ſimul, ac patiuntur, quemadmodum cibus, qui ægrotum afficiens, atque immutans corpus ab illo viciſſim patitur, & immutatur. 15 Aut enim calefit, aut frigeſit, aut aliud quippam ſimul agens patitur. 16 Eſt autem medendi quidem ars primum principium motus, cibus verò vltimum, proximeq; adhærens ei, quod patitur.

1 Quapropter manifeſtum eſt quæcumq; actiua formam habent in materia, pati poſſe, dum agunt, quæcumque verò non habent, pati non poſſe. 2 Eandem verò, vt ita dixerim, oppoſitis ſubijci formis materiam aſſerimus, quatenus ad eas relata, à quibus ad varias contrahitur ſpecies, quandam genericæ ſimilem vnitatem habet. 3 Hinc verò

10 Vltimum autem ſemper mouere motum.

11 In actione autem primum quidem impaſſibile eſt.

12 vltimum autem, & ipſum patiens eſt.

13 Quæcumq; enim non habent eandem materiam faciunt impaſſibilia exiſtentia, vt medicatiua, ipſa enim faciens ſanitatem nihil patitur ab eo, qui ſanatur.

14 Cibus autem faciens, & ipſe patitur.

15 Aut enim calefit, aut infrigidatur, aud aliud quid patitur ſimul faciens.

16 Eſt autem medicatiua quidem, vt principium, cibus autem vltimum eſt & tangens.

Tex. 54.

1 Quæcumq; igitur actiuorũ non in materia habent formam, hæc quidem impaſſibilia ſunt, quæcumq; autem in materia, paſſibilia.

2 Materiam enim dicimus ſimiliter eandem, vt ita dicã, eſſe cuilibet oppoſitorum, vt genus exiſtens.

3 Potens autem calidum eſſe præſente calefaciente, & ap-

proximante neceſſe eſt calefieri.

4 Ideo quemadmodum dictũ eſt, factiuorum hæc quidem impaſſibilia hæc autem paſſibilia.

5 Et quemadmodum in motu eodem modo res ſeſe habet, & in factiuis.

6 Illic enim primum moués immobile eſt, & in factiuis primum faciens impaſſibile eſt.

accidit, vt eadem oppoſitorum exiſtente materia frigidum, quod fieri poteſt calidum, cum admotum fuerit id, quod calefaciendi vim habet, caloris induat formam, & ſic in alijs omnibus contingat.4 Quamobrem vt dictum eſt, actiuorum hæc quidem minime pati, hæc verò pati queunt.5 Et quemadmodũ in motu, ſic & in actione, ac paſſione contingit.6 Etenim in motu primum mouens immobile eſt, quare & in actione primũ erit agens paſſionis expers. Vltimum namque & proximum dumtaxat agens in agendo repatitur.

Quæres cum & finis, & efficiens cauſa moueat, quo modo ab inuicem differant?

Tex. 55.

1 Eſt enim effectiua cauſa, vt vnde principium motus cuius autem gratia non effectiua.

2 Ideo ſanitas non eſt effectiua niſi ſecundum translationem.

1 Reſpondeo cauſam efficientem eſſe, vnde motus principium exiſtit, id verò, cuius gratia aliquid fit, cauſam efficientem non eſſe.2 Quare ſanitas haud proprie, ſed translatione quadam efficiens dicitur. Manifeſtum autem eſt finem efficientem cauſam non eſſe.

3 Etenim faciente, cum inerit, generatur aliquid patiés.

4 Habitibus autem præſentibus non amplius generatur, ſed eſt iam.

5 Formæ autem, & fines habitus quidam ſunt.

3 Nam quouſq; efficiens actu cauſa fuerit, ſemper aliquid in patiente fit; at cum adeſt finis generatio ceſſat, atque tranſmutatum iam patiens eſt; ergo finis cauſa efficiens non eſt. Minor patet, 4 quia forma, & habitu exiſtente nihil præterea fit, ſed iam eſt, 5 forma verò, & finis idem numero ſunt, atq; cum

in

in eo,quod ſit inexiſtant, ipſumq; perficiant, habitus vocantur, [6] materia autem,quà materia patitur, ijſq; ſubijcitur,ergo exiſtente fine ceſſat mutatio tranſmutato iam eo, quod patitur. [7] Quoniam igitur ignis [a] in materia exiſtentem calorem habet, dum agit,ſimul patitur. [8] Quodſi à materia ſeiunctus eſſet calor, is vtiq; pateretur nihil,dum ageret. [9] Verùm fieri non poteſt,vt naturales,caducæque formæ ab omni ſeiunctæ materia exiſtant. [10] At ſi aliæ à materia ſolutæ conſiſtunt formæ, vt quæ cæleſtes perpetuò orbes cient motu, haudquaquam patientes agent. [11] Ex his igitur manifeſtum eſt, quid ſit agere, & pati, quænam actiua, & paſſiua ſint, quam ob cauſam in ſeſe agant, & patiantur, & quo modo agens agat, patiens verò patiatur. Etenim agere ad paſſibilem qualitatem mouere eſt, pati verò ad eandem moueri, atq; actiua,& paſſiua ſunt,quæ communem materiam, oppoſitaſq; habent formas, & viciſſim agunt, ac patiuntur plura ob eandem,quam obtinent,materiam, oppoſitamq; agens cum expellit formam, ſibiq; ſimile reddit patiens,agit,atq; patitur patiens,cum oppoſitam ſuſcipiens formam agenti ſimile ſit.

[1] Iam verò quoniam actionis,& paſſionis modum in vniuerſum, ac leuiter attigi-

6 materia autem, ſecundum quod materia paſſiuum.

7 Ignis igitur habet in materia caliditatem.

a *Philoponus.*

8 Si autem aliqua eſſet ſeparata caliditas, hæc nihil vtique pateretur.

9 Hanc igitur forſan impoſſibile eſt ſeparabilem eſſe.

10 Si autem ſunt quædam talia, in illis vtique erit, quod dicitur, verum.

11 Quod igitur ſit facere, & pati, & quibus inſit, & quare, & quomodo determinatum ſit hoc modo.

Tex. 56.

1 Quomodo autẽ poteſt hoc accidere rurſus dicamus.

Digitized by Google

attigimus, eundem nunc fuſius, & copioſius explicemus ea, quæ à Veteribus accepimus perpendentes oportet. 2 Quidam igitur pati vnumquodque per tenuiſſimos quoſdam inexiſtentes meatus, ac poros exiſtimant, per quos vltimum, ac præcipuum ſeſe intrudat agés, ſicq; patiens vndiq; permeans afficiat. 3 Atq; nos hoc pacto, & videre, & audire, cæteriſque alijs ſenſibus ſentire aiunt, in ſenſuum meatus ſenſibilibus ingredientibus obiectis. 4 Quare, & per aerem, & aquam, & corpora perſpicua nos cernere putant, quoniam hæc inuiſibiles quidem ob paruitatem, ſed tamen plures, & ſerie quadam, ac ordine diſpoſitos habeant meatus, 5 & eò magis, quò perſpicua, ac dilucida magis fuerint, ſicq; facilius ingredientibus corpuſculis aditum præbeant, ac pateant. 6 Qui igitur his meatibus, hocq; corporum ingreſſu in quibuſdam rebus naturalibus explicandis vtuntur, quemadmodum Empedocles, non ſolum meatus illos ad actionem, & paſſionem efficiendam maximè conferre putant, ſed ea quoque inuicem miſceri facillime aiunt, quæ commenſuratos, ac tales habent poros, vt miſcibilia per eos valeant permeare corpora.

1 At longe melius arbitrati ſunt Leucippus, & Democritus, qui vna, eademque

2 His igitur videtur pati vnumquodque per quoſdam meatus ingrediente faciente vltimo, & principaliſſimo:

3 Et hoc modo videre, & audire nos inquiunt, & ſecundum alios ſenſus ſentire omnes:

4 Amplius videri, & per aeré, & aquam, & per tranſparentia, quia meatus habeant, inuiſibiles quidé propter paruitatem, ſpiſſos autem, & ſecundum ordinem.

5 & magis habere tranſparentia magis.

6 Hi igitur in quibuſdam determinauerunt ita, quemadmodum, & empedocles, nó ſolum patientibus, & facientibus, ſed & miſceri ea inquiunt, quorumcunq; meatus adinuicem ſunt commenſurati.

Tex. 57.

1 Via autem maxime, & de omnibus vno ſermone d-

que prolata ſentētia omnium motuum reddiderunt cauſas; [a] maximè ſecundum naturam aſſerentes principium, vt motum, & mutationem, cum indiuidua inuexerint corpuſcula, quibus variè mutatis omnes contingerent motus. [b] Oppoſito autem modo Veteres alij philoſophi, vt Parmenides, & Meliſus. Quemadmodum enim Democritus, & Leucippus ex indiuiduorum corpuſculorum motu ſenſibus præcipuè noto eſſe vacuum arbitrati ſunt, quo ablato, & omnem auferri ex neceſſitate motum cenſebant; ita & Parmenides, ac Meliſus ex ablato vacuo maxime ſenſibus ignoto, & motum, & multitudinem rerum de medio tollere conati ſunt. [2] Sic enim ens vnum, & immobile eſſe probant. Vacuum eſt non ens, & in rerum natura haudquaquam exiſtit, [3] nihil autem moueri poteſt, ſi ipſum vacuum ſeparatum in ratione rerum non ſit, [4] nec rurſus multa eſſe poſſibile eſt, niſi intercedente vacuo, ſeparentur, ac diſtinguantur, ergo nec motus, nec rerum multitudo eſſe poteſt.

[1] Quod ſi quis aſſerat nos rerum multitudinem ſolo tactu abſque intermedio vacuo tueri poſſe, eò quod vnū haudquaquam ſint corpora, quæ habent extrema ſimul: hoc minime recipiebat Parmenides, ſed adhuc vacuum con-

terminauerunt Leucippus, & Democritus, principium cum fecerint ſecundum naturam quod eſt.

a *Philoponus.*

b *Philoponus.*

2 Quidam enim antiquorum opinati ſunt ex neceſſitate ens vnum eſſe, & immobile: vacuum enim eſſe non ens,

3 moueri autem non poſſe non exiſtente vacuo ſeparato,

4 neque rurſus multa eſſe nō exiſtente ſegregante.

Tex. 58.

1 Hoc autem nihil differre ſi quis exiſtimet non continuū eſſe vniuerſum, ſed tangere diuiſim ab eo, quod eſt dicere, fore multa, & non vnum eſſe, & vacuum.

concedēdum eſſe affirmabat, quoniam multa ſeſe tangentia vniuerſi corpora eſſe aliud non ſit, quam ea vacuo ſeparari, ac diſtingui. Nam aut ens vndique diuiſum eſt, aut non. 2 Si vndique eſt diuiſum, nihil vtiq; erit, nec vnum, nec multa, tantumq; proinde vacuum exiſtet. 3 Si verò ens ſecundum alias quidem partes diuiſionem ſuſcipit, ſecundum alias verò non, figmento hoc ſimile eſſe cuilibet videri poteſt; 4 neq; enim rationem aſſignare licet, qua hæc totius vniuerſi pars diuiſa ſit, illa autem continua, nulloq; interciſa vacuo. 5 Præterea etſi vniuerſi corpora ſeſe tangere dicamus, adhuc Parmenides auferendum cenſet motum, quoniam ſi moueantur corpora in plenum ex neceſſitate debeant moueri, & ſeſe ſic penetrare. Quod cum abſurdum ſit, abſurdum quoque erit vllum fieri poſſe motum. 6 His ergo rationibus adductus Parmenides omittens, ac deſpiciēs ſenſum, qui, & rerum multitudinem eſſe, & motum vndiq; clamat, quaſi rationi tantum fides, nulla autem ſenſibus adhibenda ſit, ipſum vniuerſum vnum, & immobile, atque infinitum eſſe dicit. 7 Si enim finitum eſſet, ipſo terminaretur, ac finiretur vacuo, at vacuum non eſt, ergo & vniuerſum ens infinitum videtur, 8 Atq; hæ rationes

ſunt,

2 Si enim omniquaque diuiſibile, nihil eſſe vnum, quapropter neque multa, ſed vacuum omne:

3 Si autem tum quidem, tum autem non, figmento alicui hoc vtique aſſimilari:

4 Quouſque enim, & propter quid ipſius totius hoc quidē ita ſe habet, & plenum eſt, illud autem diuiſum?

5 Amplius ſimiliter dicere neceſſarium non eſſe motū.

6 Ex his igitur rationibus trāſcendentes ſenſum, & deſpicientes eum, ac ſi conueniat rationem ſequi, ipſum omne eſſe vnum, & immobile, & infinitum] quidem dicunt:

7 finem enim vtique finire ad vacuum.

8 Hi ergo ita, & propter has

ſũt,quibus innixus Parmenides propriã de rerum natura protulit ſententiam.

[1] Verum enim vero ſi inanes dumtaxat allatas rationes conſideremus, hæc prope cõſequi videntur. [2] At ſi res ipſas proprio, certoq; innixas ſenſu ſpectemus, quaſi quodam pluſquã inſaniæ æſtu abrepti erimus, ſi ea hoc pacto ſe habere opinabimur. [3] Quis enim adeò mente captus eſt,& à ſeſe eo vſque diſcedit, vt ignem,& glaciem idem eſſe putet? [4] Fallitur namq; demens in ijs ſolum dijudicandis, quæ honeſtatem, ac bonitatem præſeferunt,cum ea, quæ ſpeciem boni,& honeſti ob vſum,& cõſuetudinem habent, ab ijs præ amentia minime differre iudicet, quæ vere bona,& honeſta ſunt.

[1] Sed maiorem Leucippus, quam Parmenides meretur laudem, quoniam ex ijs,quæ ſenſui manifeſta ſunt,ea deducere contendit, quæ incerta,& obſcura videntur, cum tamen ex ijs, quæ dubia,incertaq; ſunt, ea deſtruere Parmenides conetur, quæ perſpicua, maximeq; ſenſibus obuia exiſtunt. Neque enim generationem Leucippus, nec interitum, nec motum, nec rerum multitudinem aufert, ſed hæc fatetur, ac ſupponit, quæ vel ipſis clarè patent ſenſibus. [2] Quare partim quidem ijs, quæ apparent fidẽ habuit, partim verò

N ijs

rationes enunciauerunt de veritate.

Tex 59.

1 Amplius autem in orationibus quidem videntur hæc contingere:

2 in rebus autem dementiæ ſimile eſt opinari ita.

3 Nullum enim dementium egredi tantum vt ignem vnũ eſſe exiſtimet, & glaciem:

4 ſed ſolum bona, & apparentia propter aſſuetudinẽ hæc quibuſdam propter dementiam nihil videntur differre.

Tex.60.

1 Leucippus autem exiſtimauit habere rationes, quæ ad ſenſum confeſſa dicentes, nõ deſtruent, neq; generationem, neq; corruptionem, neq; motum, & multitudinem entium.

2 Confeſſus autem hæc quidem apparentibus;

3 Cõſtituentibus autem vnũ, vt non exiſtat motus ſine vacuò, vacuumq; non ens, & entis nihil non ens inquit eſſe:

4 quod enim proprie ens omniplenum exiſtens.

5 Sed eſſe tale non vnum, ſed infinita multitudine, & indiuiſibilia propter paruitatem molium.

6 Hæc autem in vacuo ferri.

7 Vacuum enim eſſe, & congregata quidem generationem facere, diſſoluta autem corruptionem, facere autẽ, & pati, ſecundum quod exiſtunt tangentia:

8 ſecundum enim id non vnũ eſſe, & compoſita, & circumplicata generare.

ijs qui ens vnũ, & immobile ſtatuerunt, quatenus motum abſq; vacuo fieri non poſſe dixit, atque vacuum non ens, & nullam entis partem eſſe non ens aſſeruit; 4 proprie enim id ens eſt, quod omniquaq; plenum exiſtit. 5 In eo verò, & Leucippus à Parmenide diſſentit, quod plena hæc, & entia plura, ac diſtincta, numeroq; infinita eſſe, magnitudine autem, ac mole indiuidua cenſuit. 6 Atque hæc quidem entia in vacuo ferri opinatus eſt. 7 Etenim conceſſit vacuum, & ex horum coitione res gigni, diſſolutione vero interire putauit, agere autem, ac viciſſim pati ob mutuum contactum. 8 Etſi enim cum ſeſe tangant exiſtente vacuo intermedio vnum efficere nequeant, vario tamen ſimul complicata modo, atq; compoſita varias efficiunt mutationes.

Tex. 61.

1 Ex vno autem ſecundum veritatem non vtiq; generari multitudinem,

2 neq; ex vere multis vnum, ſed eſſe hoc impoſſibile.

3 Sed vt Empedocles, & aliorum aliqui inquiunt pati per meatus,

4 ita & omnem alterationem, & omne pati hoc modo generari per vacuum, facta diſſolutione, & corruptione, ſi-

1 Id verò firmiter ſtatuebat Leucippus, neq; ex vno, atque indiuiduo corpuſculo fieri multa poſſe, à vacuo dumtaxat, quo prorſus carent, diuiſione procedente, 2 neque vnum ex ijs, quæ vere ſunt multa gigni, inter ea ſubeunte, ac ſeſe intrudente vacuo. 3 Atque vt Empedocles, & nonnulli alij agere, ac pati ob inexiſtentes in patiente meatus fieri dicunt, 4 ſic & Leucippus ob interceptum vacuum omnem actionẽ, & paſſionem perfici ait, quoniam ob ipſum,

ipſum,& diſſoluantur corpuſcula, omniaq; intereant, & accretionem ijs ſubinde ingredientibus ſumant.

[1] At Empedocles velit, nolit in eandem, quam tuetur Leucippus, ſententiam quodammodo venire cogitur. [2] Nam corpora illa, quæ continent meatus,aut ſunt diuidua, aut indiuidua. Si indiuidua iam Leucippo conſentit Empedocles. Si diuidua, alios intra ſe meatus continebunt,quorum interuentu actio procedere queat. Etenim patiuntur omnia,dum exilientes ab agente particulæ ſeſe in patientis poros inſinuant. [3] Hi verò meatus, ac pori, aut continui ſunt, aut non. [4] Continuos quidem eſſe nefas eſt, ſic enim meatibus exiſtentibus continuis, iam ſolidum corpus aliud non erit, quam meatus, & vacuum, vt aſſerebat Leucippus. Quod ſi meatus continui non ſunt, inter eos exiſtens corpus meatibus carebit, & indiuiduum proinde, atque impatibile erit. [5] Quapropter ſeſe tangentia corpora indiuidua erunt, atq; inter illa interpoſita media vacua, & meatus. [6] Hæc verò, & Leucippus de actione, & paſſione dicit. [7] Hi igitur ſunt modi, quibus hæc quidem agere, illa verò pati, illuſtres aiunt Philoſophi. [8] Ac de Leucippo quidem, & Democrito quid de actione, & paſſione

militer autem,& augmentationem ſubintrantibus alijs.

Tex. 61.

1 Fere autem, & Empedoclē neceſſe eſt dicere,vt & Leucippus inquit.

2 Eſſe enim quædam ſolida, ſed indiuiſibilia.

3 niſi omniquaq; meatus continui ſint:

4 Hoc autem impoſſibile eſt nullum enim aliud ſolidum erit præter meatus, ſed vniuerſum vacuum.

5 Neceſſe eſt igitur tangentia quidem eſſe indiuiſibilia, intermedia autē eorum vacua, quos ille dicit meatus.

6 Ita autem, & Leucippus dicit de ipſo facere, & pati.

7 Modi igitur ſecūdum quos hæc quidem faciunt, hæc autē patiuntur, fere hi dicūtur.

8 Et de his quidē, & quomodo dicunt manifeſtum eſt.

ne ſentiant, & quemadmodum tradant manifeſtum eſt, 9 Etenim eam proponunt ſententiam, qua & omnes tueri mutationes, & eorum, quæ apparent facile cauſam, & rationem reddere queant. 10 Hoc autem alijs, vt Empedocli minus facile videtur. Neq; enim patet quomodo apud illum conſtare queat generatio, corruptio, & alteratio. 11 Nam cum Democritus, & Leucippus prima corpora indiuidua ponãt figura tantum inter ſe diſcrepantia, ex quibus primis entia componuntur, & in quæ vltima diſſoluuntur, facile tum generationem, & corruptionem, tum etiam alterationem tueri poſſunt. 12 Empedocles autem quo modo alia ab elementis fiãt explicare commodè poteſt, quandoquidem facta elementorum coitione ortum, diſſolutione autem interitum ſubibunt. 13 At quo pacto primorum corporum aceruata, congeſtaq; moles oriatur, ac intereat, nec docet, nec docere vllo modo poteſt, a niſi & ignis, aliorumq; elementorum ſubiectum aliud elementum eſſe dicat. 14 Atque hanc in Empedoclis opinione difficultatem in Timeo quoq; vidit Plato.

1 Verum etſi Leucippo multis in rebus conſenſerit Plato, in nonnullis tamen ab eo diſcrepat. 2 Etenim Leucippus

9 Et ad eorũ poſitiones, quibus vtuntur fere confeſſe videtur, id quod accidit.

10 Alijs autem minus, vt Empedocli, quonam modo erit generatio, & corruptio, & alteratio non eſt manifeſtum.

11 His enim ſunt indiuiſibilia prima corporum, figura differentia ſolum, ex quibus primis componuntur, & in quæ vltima diſſoluuntur.

12 Empedocli autẽ alia quidem manifeſtum eſt, quod vſq; ad elementa habent generationem, & corruptionẽ:

13 Ipſorum vero horum quo modo generatur, & corrumpitur, & coaceruata magnitudo, nec manifeſtum eſt, nec contingit dicere ei, non dicenti, & ipſius ignis elementum eſſe.

a *Philoponus.*

14 Similiter autẽ, & aliorum omnium, vt in Timeo ſcripſit Plato.

Tex. 63.

1 Tantum enim differt, vt nõ eodem modo Leucippus dicat,

2 quod hic quidem ſolida.

Digitized by Google

cippus indiuidua aſſerit principia, eaq; ſolida,& corpora eſſe dicit. [3] Plato verò indiuiſibiles affirmat ſuperficies. [4] Præterea Leucippus indiuidua corpora [a] infinitis prædita eſſe figuris, ijſque vnumquodq; terminari corpus, & circumſcribi cenſet. [5] At Plato finitum dumtaxat figurarum inducebat numerum. [6] In eo verò vtrique hi Philoſophi conſentiebant,quod principia indiuidua,eaque figuris terminata ponerẽt, [7] atque ex ijs rerum ortus,ac interitus accidere putarent. [8] Atq; Leucippus quidem coitionem, ac diſſolutionem corpuſculorum duobus modis contingere exiſtimabat,nimirum contactu, & vacui interiectione. [9] His enim diuidi corpuſcula queunt, & proinde iuxta poſita generationem, ſecreta verò, & aliquo interuallo diſiuncta interitum efficere. [10] Plato autem vnico modo, nempe ſuperficierum contactu generationem, ac interitum fieri dicebat. [11] Siquidem vacuum è rerum natura prorſus auferebat. [12] Sed hæc Platonis opinio in præſentia confutanda non eſt, quoniam indiuiduas haſce ſuperficies alibi ſatis reprobauimus. [13] At indiuidua, & ſolida corpora à Democrito, & Leucippo inuecta diutius perpendere, quæq; ex ijs accidunt abſurda conſiderare omittamus, nonnulla tamen de ijs bre-

3 ille autem plenā dicit indiuiſibilia.

4 Et hic quidem infinitis terminata eſſe figuris indiuiſibilium ſolidorum vnũquodq;

a *Philoponus.*

5 ille autem terminatis.

6 Quoniam indiuiſibilia vtrique dicunt, & terminata figuris.

7 Ex his itaq; generationes, & ſegregationes.

8 Leucippo quidem duo vtique modi eſſent, & per vacuum,& per tactum.

9 Ob hoc enim diuiſibile eſt vnumquodque.

10 Platoni autem ſecundum ſolum tactum.

11 Vacuum enim non eſſe inquit.

12 Et de indiuiſibilibus quidẽ planitiebus diximus in prioribus ſermonibus.

13 De indiuiſibilibus autẽ ſolidis amplius conſiderare,qđ accidit,relinquatur nunc.

Digitized by Google

breuiter perſtringentes, quoniam & firmis rationibus niti, & magnam probabilitatem habere videntur.

Tex. 64.

1 Vt autem parum egredientes dicamus neceſſarium eſt, & impaſſibile vnumquodq; dicere indiuiſibilium.

2 (non enim poſſibile eſt, niſi per vacuum)

3 & nullius effectiuum paſſionis.

4 Neque enim durum, neque frigidum poſſibile eſt eſſe.

1 Primo igitur, vt paululum digrediamur, a qui indiuidua aſſerunt corpuſcula impaſſibilia ea eſſe fateantur neceſſe eſt. 2 Nam patitur vnumquodque per vacuum, quod in ſe obtinet, at indiuidua corpuſcula haud in ſe vacuum intercipiunt, ergo impaſſibilia ex neceſſitate ſunt. 3 Quod ſi corpuſcula impaſſibilia ſunt, nec in ſe ipſis agere poterunt, quandoquidem affectione, ac paſſione deſtituta alijs eam tradere nequeant. 4 Quare nec vllum erit agens, aut patiens, nec durum ex molli, aut calidum ex frigido quicquam fiet.

Tex. 65.

1 Quamuis hoc inconueniēs ſit ſolum attribuere circulari figuræ calidum.

a *Philoponus.*

2 Neceſſe enim eſt, & contrarium frigidum alicui alij cōgruere figurarum.

3 Inconueniens autem eſt, & ſi hæc quidem inſint, duò autem caliditas, & frigiditas,

1 Secundo, abſurdum eſt quod aiunt hi Philoſophi a ſphericam dumtaxat figuram præditam calore eſſe. 2 Nam ſi ita ſe res habet, contrarium, & frigus alicui certæ alteri figuræ conuenire, quæ ſphericæ opponatur, neceſſe erit, ſiquidem ijs contrariȩ affectiones competunt, quæ contraria ſunt: at ſphericæ figuræ nulla contraria eſt, ergo frigus calori oppoſitum certam haudquaquā habet figuram; quare nec propriam calor, & peculiarem ſibi arrogat figuram. 3 Tertio, abſurdum & illud eſt, ſi corpuſculis quidem inſit calor, & frigus, minime,

nime grauitatem, ac leuitatem, duritiē, ac mollitiem ineſſe, hæc enim caloris, & frigoris naturam ſequuntur: at corpuſcula eſſe calore prædita concedunt, frigore autem coacti aſſerunt, quare & grauia, ac leuia, dura, ac mollia eſſe fateantur oportet.

[1] Quarto, ex corpuſculis ait Democritus maiora quædam, ac grauiora eſſe, quare & calidiora vtique erunt. [2] Si igitur ſic ſe habent corpuſcula, viciſſim agere, ac pati neceſſe eſt, [3] quandoquidem minus calidum ab eo patitur, quod magis calidum eſt, non ergo ſibi conſtat Democritus, qui impaſſibilia corpuſcula eſſe dicit.

[1] Quinto ſi durities corpuſculis ineſt, & mollities quoque inerit, cum vno ex contrarijs in rerum natura exiſtente, etiam alterum exiſtere oporteat. [2] At molle dicitur, quia pati aliquid poteſt, [3] quod enim facile cedit, molle eſt, corpuſcula igitur, quæ mollitie prædita ſunt, ad patiendum apta erunt.

[1] Sexto, inconueniens eſt in corpuſculis figuras dumtaxat ineſſe, haudquaquam verò affectiones, ſic enim, nec ex ijs reſultantia compoſita obtinere affectiones poſſent. [2] Quod ſi affectionibus ſint prædita corpuſcula, abſurdum eſt aſſerere ita diſtributas affectiones eſſe, vt ſingula corpuſcula ſingulas

grauitas autē, & leuitas, durities, mollities non inſint.

Tex. 66.

1 Sed tamen grauius ſecundum exceſſum dicit eſſe Democritus vnumquodq; indiuiſibilium, quapropter & calidius.

2 Talia autem exiſtentia non pati ab inuicem impoſſibile eſt,

3 vt à multum excellenti calido renuiſſe calidum.

Tex. 67.

1 Atqui ſi durum, & molle.

2 Molle autem iam in patiendo aliquid dicitur,

3 quod enim cedit, molle.

Tex. 68.

1 Sed tamen inconueniēs eſt, ſi nihil ineſt, niſi ſola figura.

2 Et ſi ineſt, vna autem ſola, vt hæc quidem dura, illa autem calida.

Digitized by Google

gulas habeant affectiones. 3 Nam hoc pacto non modo figura, ſed natura quoque differrent corpuſcula, cum ita ſit vnumquodq; conſtitutum corpuſculũ, vt haud in potentia ſit ad alterius affectionem ſuſcipiendam. 4 Eodem modo fieri nequit, vt ſingula corpuſcula plures obtineant affectiones. 5 Etenim indiuiſibile corpuſculum exiſtens oppoſitas affectiones habebit, neceſſe autem eſt in vnoquoq; ſubiecto fateri partem, in qua vna inſit affectio, & partem, in qua ſuſcipiatur altera, 6 ac proinde ſi ex calido fiat frigidum, in altera quidem parte inerit calor, in altera autem ſuſcipietur frigus, 7 ſicq; & de alijs affectionibus dicendum eſt: quandoquidem ſubiectum, quod alteratur, ac mouetur debeat ex neceſſitate partes habere, ſecundum quas cum moueatur, & ſub termino à quo, & ſub termino ad quem ſimul exiſtere queat, vnum ergo, & idem corpuſculum plures affectiones habere impoſſibile eſt.

1 Septimo, & in eadem incidunt abſurda, a qui & corpora, & ſuperficies indiuiduas ponunt. 2 Quia enim indiuidua hæc principia haud in ſe continent vacuum, queamadmodum vtrique aſſerunt Philoſophi, nec rariora fieri, nec denſiora poterunt, cum ob maius interceptum vacuum, raritas, ob minus

3 Nec enim vna aliqua eſſet natura eorum.

4 Similiter autem impoſſibile eſt, & ſi plura vni.

5 Indiuiſibile enim exiſtens in eodem habebit paſſiones.

6 Quapropter & ſi patiatur, ſecundum quod infrigidatur, ſecũdum id, & aliquid aliud faciet, aut patietur.

7 Eodem autem modo, & de paſſionibus alijs.

Tex. 69.

1 Hoc enim & ſolida, & plena dicentibus indiuiſibilia contingit eodem modo.

a *S. Thomas.*

2 Neque enim rariora, neq; denſiora eſt poſſibile generari, vacuo non exiſtente in indiuiſibilibus.

nus

nus autem contingat denſitas: at denſitate, ac raritate ablatis, & quaſcumque alias affectiones tollere neceſſe eſt, quare nec actiua, nec paſſiua indiuidua ab his Philoſophis inuecta principia erunt.

1 Octauo, & in eo quoque deficiunt hi Philoſophi, quod principia indiuidua parua quidem eſſe, haud autem magna dicant. 2 Etenim rationi congruenter nunc aſſerimus maiora facilius, quàm parua frangi, 3 quoniam magna in multa diuidentia occurrunt, parua autem facile effugiunt, ac præterlabuntur. 4 At qui indiuidua corpuſcula ſuapte natura diuidi, ac frangi poſſe negant, nullam aſſignare queũt rationem, qua potius parua, quam magna indiuidua eſſe dicant.

1 Nono, aut omnia corpuſcula eandem naturam, atque eſſentiam habent ſolo diſcrepantia numero, quemadmodum ab aqua differt aqua, aut ſpecie, & eſſentia diſtincta ſunt, quemadmodũ ſi hæc quidem ignea, illa autem terrea ſecundum ſe tota exiſtant. 2 Si vna, & eadem omnium corpuſculorum eſt natura, ea quidem ſunt iniuria ab inuicem ſeiuncta. Quæ enim ſimilem habent naturam, vnionem, ac ſocietatem requirunt. Quid igitur illa ſecreuit? 3 Et quam ob cauſam ſeſe tangentia non

O eo-

Tex. 70.

1 Amplius autem, & inconueniens eſt parua quidem indiuiſibilia eſſe, magna autem non.

2 Nunc enim rationabiliter maiora magis franguntur quam parua.

3 Hæc enim diſſoluuntur facilius paruis ſcilicet magna, offendunt enim multis.

4 Indiuiſibilia autem penitus, quare magis, quam magnis, inexiſtunt paruis?

Tex. 71.

1 Amplius autem vtrum vna omnium ſit natura illorum ſolidorum, aut differunt altera ab alteris, quemadmodum, ſi hæc quidem eſſent ignea, illa autem terrea mole?

2 Si enim vna eſt natura omnium, quid eſt quod ſeparauit?

3 Aut quare non fiunt, cum ſe tetigerint vnum? quemadmodum aqua aquam quando tetigerit.

eodem modo fiunt vnum, quo ex pluribus aquæ guttis iuxta poſitis vna coaleſcit aqua? 4 Neq; enim poſterior pars à priori differt, ſed eandem cum ea naturam habet. Quare cum eiuſdem ſint naturæ corpuſcula, & ſimul coeant, & vniforme conſtituant corpus neceſſe eſt. 5 Si verò eſſentia, ac natura inter ſe differant corpuſcula, ex neceſſitate qualia erunt, ſiquidem penes qualitates tantum eorum ſumi differentia poteſt. 6 Hoc autem ſi verum eſt, conſentaneum rationi videtur, ea ob qualitates potius, quas habent, quam ob figuras rerum cauſas, & principia vocari, cum ſuapte natura nullius rei ſit effectiua figura.

4 Nihil enim differt poſterior à priori.

5 Si altera autem, qualia hæc ſunt?

6 Et manifeſtum eſt quod hęc ponendum eſt principia, & cauſas eorum quæ contingunt magis, quam figuras.

1 Præterea ſi natura, & qualitatibus corpuſcula differunt, ſeſe mutuò tangẽtia viciſſim agent, ac patientur, quare haud erunt impatibilia, quemadmodũ ij, quos vrgemus aiunt Philoſophi. Certum enim eſt quę ſubiecto ſunt vnũformis verò, & qualitatibus oppoſita, ad actionem, & paſſionẽ aptiſſima, cum ſe tetigerint, maximè eſſe.

Tex. 72.

1 Amplius autem differentiæ natura, & ſi fecerint, & ſi paſſa fuerint tangentia admuicem.

1 Vltimo, quid erit mouens, quo per vacuum aſſidue corpuſcula feruntur? 2 Nam ſi diuerſum ab ijs, ac diſtinctum ſit, patibilia corpuſcula erunt, cum à ſeparato patiantur mouenter. 3 Si verò vnumquodque corpuſculum ſe ipſum mo-

Tex. 73.

1 Amplius autem quid eſt, quod mouet?

2 Si enim aliud, paſſiuum.

3 Si autem ipſum ſeipſum vnumquodq; aut diuiſibile erit, ſecundum aliud quidem

mouet, aut diuiſibile erit, ſecundum aliam quidem partem motum, ſecundum aliam autem mouens; 4 aut ſi partibus careat, ipſumque totum ſe ipſum moueat, in eodem, quà id eſt eſt, oppoſita inerunt, nempe mouere, ac moueri, agere, ac pati: hoc autem nemo eſt, qui non fateatur abſurdum eſſe.

1 Atqui ſi id contingere poſſe dicamus, materiam non ſolum numero, ſed facultate etiam, ac potentia vnam eſſe cogimur aſſerere.

Iam indiuidua Leucippi, & Democriti corpuſcula ad actionem, & paſſionem efficiendam aſſerta confutauimus. a Nunc Empedoclis ſententiam aggredi neceſſe eſt, qui agentia per meatus patientium ingredi, ſicque actionem, & paſſionem fieri putauit.

1 Quicumque igitur agentium motu, atque ingreſſu in meatus patientium nanciſci affectiones, & qualitates corpora inquiunt, ſi oppletis quidem id meatibus euenire dicant, ſuperuacanei prorſus videntur meatus; etenim eam ob cauſam meatus induxit Empedocles vt agentibus præberent aditum. At ſi oppleti ſunt meatus, non magis agentibus patebit aditus, quam ſi totum patiens corpus meatibus carens, & continuum eſſet. 2 Quare ſi per oppletos meatus vniuerſum patitur, licet meati-

 bus

moueus, ſecundum aliud autem motum.

4 aut ſecundum idem contraria inerunt.

Tex. 74.

1 Et non ſolum materia erit numero vna, ſed & potentia.

a *Philoponus.*

Tex. 57.

1 Quicumque igitur per meatuum motum inquiunt paſſiones contingere, ſiquidem, & plenis meatibus ſuperfluēt meatus.

2 Si enim patitur ſic vniuerſum, & ſi non meatus habēs, ſed ipſum continuum exiſtens patietur eodem modo.

bus careat,& continuum exiſtat,nihilo minus tamen ad patiendum aptum, & accommodatum erit. Quid enim differt, ſitne vniuerſum plenum, & continuum, an diſtinctum meatibus plenis?

1 Præterea, quo modo hanc eandem ſententiam in efficienda viſione tueri poſſunt? Aiunt enim tum viſionem perfici, cum per aeris, & oculorum meatus ingreſſum fuerit obiectum, vimque ipſam, & videnpi facultatem attigerit. 2 At ſi vnuſquiſq; meatus oppletus eſt, nec per ſolidas perſpicui corporis partes viſibilia transmeare poterunt obiecta, nec per meatus, ac poros in ijſdem corporibus exiſtentes. 3 Eodem enim modo ſe habet corpus oppletos habens meatus, ac ſi vndequaque ſolidum, & continuum eſſet, propterea quod æque in omnibus partibus exiſtat plenum. Quare ſi viſibile obiectum meatibus deſtitutum corpus penetrare nequit, haud ipſos quoque oppletos penetrabit meatus. 4 At verò ſi quis aſſerat vacuos eſſe meatus, qui tamen corpora ſuſcipere valeant, ijs quidem ſuſceptis eadem rurſus, quæ diximus, contingent abſurda. 5 Quod ſi adeo exigui ſint meatus, vt nullum excipere corpus queant, ridiculum ſanè eſt, exiguum quidẽ exiſtimare vacuum eſſe, haud verò magnum.

Tex. 76.

1 Amplius autem quomodo contingit de ipſo reſpicere accidere, vt dicunt?

2 Neque enim ſecundum tactus contingit tranſire per per tranſparentia, neque per meatus, ſi plenus ſit vnuſquiſque.

3 Quid enim differret ab eo, quod eſt nõ meatus habere? omne enim ſic eſſet plenum.

4 Sed & ſi vacua quidem hæc ſint, neceſſe autem ſit corpora in ſe habere, idem continget rurſum.

5 Si autem tanta ſint ſecundum magnitudinem, vt non ſuſcipiant corpus aliquod, ridiculum eſt paruum quidẽ exiſtimare vacuum eſſe, magnum autem non.

Digitized by Google

gnum. 6 Etenim vacuum ſi quid eſt quoddam eſſe ſpatium ad corpora excipienda aptum imaginantur Veteres. At ſpatium quà ſpatium eſt, non magis paruitatem, quam magnitudinem requirit, atque ſi magnum ſit corpus, & magnum quoque ſpatium ſit oportet, ſi vero paruum, & ſpatium vtiq; paruum erit, 7 ex quo fit corpus vnumquodq; vacuum, & ſpatium æquale obtinere. Si igitur vacuum, & magnum, & paruum eſſe poteſt, ac meliori modo per amplos fit actio meatus, quam per anguſtos, haud iure vacuos, & exiguos aſſerimus meatus, per quos pati corpora queant. 8 Sed vniuerſe iam nullam iſtorum meatuum eſſe neceſſitatem, ac plane ſuperuacaneos eſſe oſtendamus. Nam, aut ſeſe tangentia corpora viciſſim agere, ac pati poſſunt, aut non. 9 Si quæ ſe tangunt corpora non poſſunt aliquid agere, nec ipſos ingredientia meatus agent, quandoquidem hoc ſolum præſtent meatus, vt ingredi permittant agens, quod patiens vndique permeare, ac intime tangere queat. 10 Si verò ſolo exiſtente contactu fiat actio, etſi nulli adſint meatus, hæc quidem agere, illa autem eorum, quæ ſe tangunt, pati accidet, propterea quod inter corpora contactus abſq; vllis eſſe meatibus queat. 11 Manifeſtum igitur ex dictis eſt, aut falſum eſſe meatus inducere,

6 neque quātumcunque, aut vacuum aliquid aliud exiſtimare dicere præter regionem corporis,

7 Quapropter manifeſtum eſt, quod omni corpori mole æquale erit vacuum.

8 Omnino autem meatus facere ſuperfluum.

9 Si enim nihil facit ſecundū tactum, neque per meatus tranſiens faciet.

10 Si autem tāgēdo, & meatibus non exiſtentibus, hæc quidem patientur, illa autē facient eorum, quæ ad inuicem hoc modo nata ſunt.

11 Quod ergo ita dicere meatus, vt quidam exiſtimāt, aut falſum, aut vanum ſit, mani-

Digitized by Google

festum eſt ex his;

12 Diuiſibilibus autem omniquaque corporibus exiſtẽtibus meatus facere ridiculum eſt.

13 Secundum enim quod diuiſibilia ſunt poſſunt ſeparari.

Tex 77.

1 Quo autem modo inſit generare entibus, & facere, & pati dicamus accipiẽtes principium dictum ſæpe.

2 Si enim eſt hoc quidem poteſtate hoc autem actu tale,

ducere, vt quos redarguimus aiunt Philoſophi, quoniam in rerum vniuerſitate haud vacuum exiſtat, aut prorſus vanum, quandoquidem nihil ad actionẽ, & paſſionem conferant. [12] Quod ſi quàcumque ſint corpora diuiſibilia, vt in confeſſo eſt, fruſtra adhuc magis, & ridicule in corpore inſitos ſtatuimus meatus. Etenim poterit agens applicatum patiens diuidere, ſibique parare meatus, quibus ipſum ingredi, ac tangere facilius queat. [13] Corpora namque diuidua, quà diuidua ſunt, etſi meatibus careant, diuidi tamen, ac ſeparari poſſunt.

[1] Veterum opinionibus reiectis, ex propria nunc ſententia declarandum eſt, quo modo generatio, actio, & paſſio contingant, ſi ab eo principio, quod ſæpe à nobis indicatum eſt, exordium ſumamus.[2] Atque principium quidem hoc eſt, eorum, quæ ſunt, quædam actu, quædam poteſtate eſſe, quo modo actu calidum, & poteſtate calidum aſſerimus. Ex hoc principio manifeſtum eſt, quo modo res agunt, & patiũtur. Nam quatenus res actu tales ſunt, atque habent formam, agunt, quatenus vero poteſtate dicuntur, & ſuſcipere queunt formam, patiuntur. Hoc modo vt aliquid calidum actu eſt, agit, caloremque producit, vt verò poteſtate calidum eſt patitur,

Digitized by Google

patitur, & recipit calorem.[3] Nec verò id, quod poteſtate eſt hàc quidem parte patitur, illà autem minime, ſed vniuerſum, quà eſt poteſtate patitur, atq; magis, aut minus patitur, quà magis, aut minus poteſtate eſt. Ex his patet quo modo meatus, ac pori ad actionem, & paſſionem conferant.[4] Etenim corpus vnumquodque ſuapte natura diſſimile eſt, ijſque affectum partibus, quibus facile actionem ſuſcipere, ac pati queat. Atque huiuſmodi partes meatus, ac pori videntur,[5] quemadmodum in ipſis metallis apparet, quæ ob impuritatem quaſdam continenti ductu protenſas obtinent venas, quibus, & franguntur facillime, & alterationem patiuntur. Ex quibus patet, non abſolute quidem meatus, ac poros ad actionem, & paſſionem conferre, ſed quatenus inexiſtentibus ijs facilior, & celerior contingit actio, & paſſio.

[1] Atq; id manifeſtum quoq; ex dictis eſt, quæcumque inter ſe continua ſunt, eiuſdemq; rationis affectiones habent, agere viciſſim, ac pati non poſſe, cum ijs careant partibus, quarum aliæ poteſtate, aliæ actu exiſtant.[2] Præterea certum eſt, nec ea mutuò agere, ac pati poſſe, quæ etſi ad agendum, & patiendum apta ſint, neque ſe tangunt, neque alia. Neceſſe enim eſt agens, & patiens,

aut

3 natum autem eſt, non tum quidem pati, tum autem non pati, ſed omniquaque ſecundum quod eſt tale, minus autem, & magis, ſecũdum quod tale magis eſt, & minus:

4 ſic vtique meatus aliquis dicet magis ineſſe,

5 vt in fodiendis metallis protendunt paſſibiles venæ continuæ.

Tex. 78.

1 Connatum igitur vnumquodque, & vnum exiſtens impaſſibile eſt.

2 Similiter autem, & non tangentia, neque ſeipſa, neque alia, quæ facere nata ſunt, & pati.

aut ſe tangere, aut corpora intermedia, quæ agentis actionem ſuſcipere, & ad ipſum tranſmittere patiens valeant. 3 Atq; hoc modo non ſolum ignis immediate aquam tangens calefacit, ſed ab ea etiam diſtans, intermedio exiſtente aere, qui ab igne patiens calorem in aquam eundem agat, & propriam exercere in aquam actionem, & ab ea quoq; pati, ac tranſmutari poſſit.

1 Quoniam verò determinatũ prius eſt corpora haud per partes, ſed vniuerſa, quà poteſtate ſunt pati, hoc rurſus aggredi, ac ſtatuere neceſſe eſt. 2 Etenim ſi quàcumque diuiſibilis magnitudo non eſt, ſed ex indiuiduis corpuſculis, ac ſuperficiebus conſtat, non vtique ex ijs conſtitutum corpus quàcumq; pati poterit, cum indiuidua ipſum conſlantia corpuſcula ad patiendum inepta ſint. 3 Atque nec ipſum reſultans compoſitum continuum erit, ex ijs vnoquoq; exiſtente continuo, quæ ſuapte natura diuiſibilia ſunt. 4 At ſi hæc opinio falſa eſt, & omne corpus diuiſibile quàcumq; videtur, nec vlla indiuidua exiſtunt corpuſcula, aut ſuperficies, nihil profectò refert, ſint ne corporis partes diuiſæ, ac ſeſe tangant, vt ſenſerunt Veteres, an vero potentia tantum diuiſibiles exiſtant. 5 Nam ſi ex eo ſeparari ab agente queunt, quod ſeſe

3 Dico autem vt non ſolum tangens calefacit ignis, ſed & ſi longe ſit, (aerem enim ignis, aer autem corpus calefacit) natus, & facere, & pati.

Tex. 79.

1 Exiſtimare autem tum pati, tum autem non, cum determinauerimus in principio hoc dicendum.

2 Si enim non omniquaq; diuiſibilis ſit magnitudo, ſed eſt corpus indiuiſibile aut latitudo, nõ vtiq; erit omniquaque paſſibile.

3 ſed neq; continuum vllum

4 Si autem hoc falſum, & omne corpus diuiſibile, nihil refert diuiſum quidem eſſe, tangere autem, aut diuiſibile eſſe.

5 Si enim ſegregari poteſt ſecundum tactus, vt aiunt quidam, etſi nondum fuerit diuiſum, erit diuiſum.

Digitized by Google

ſeſe diuiſæ tangant, vt inquit Plato, et ſi antequam adueniat agens, haudquaquam ſit diuiſum corpus, attamen cum aduenerit agens, ac diuidens, neceſſario diuiſionem patietur: 6 quandoquidem nullum ſequatur abſurdum, ſi diuiſibile corpus actum diuiſionis recipiat. Quare cum diuiſibile quàcumq; eſſe corpus aſſeramus, etiam quàcumq; pati poſſe dicamus oportet. 7 Verum inconueniens, & abſurdum eſt, ſic generationem fieri, vt per meatus in corporibus inſertos ingrediatur agens, & partes corporis diuidat, ac ſeparet: 8 etenim ex hac ſententia alterari nihil poſſe accidit. 1 Et ſane idem corpus continuum exiſtens, quandoq; cernimus abſq; vlla ſciſſione, ac permutatione partium humidum fieri, quandoq; autem concreſcere, quam quidem alterationem patitur abſq; eo, quod vllo pacto penes ordinem, ac ſitum mutetur, quemadmodum cenſebat Democritus. 2 Neque enim ex humido efficitur concretione durum, quia propriam mutet naturam, aut eius tranſponantur partes, 3 neq; indiuiduis relictis corpuſculis, quæ ſunt apta duritiem efficere, excluſa fuerunt, quæ mollitiem gignere apta erant, 4 ſed corpus idem, atque vniuerſum quandoq; humidum eſt, ac fluit,

6 Poſſibile enim diuiſum eſſe, ſit enim nullum impoſſibile.

7 Omnino autem hoc generari modo ſciſſis corporibus inconueniens eſt.

8 Deſtruit enim hic ſermo alterationem.

Tex. 80.

1 Videmus enim idem corpus continuum exiſtens, quandoq; quidem humidū, quandoque autem congelatum, non diuiſione, & compoſitione hoc patiens, nec verſione, & tactu, ſicut ait Democritus.

2 Neque enim tranſductum, neq; tranſpoſitum, neq; mutatum ſecundum naturam congelatum ex humido generatum eſt,

3 neq; nunc ſunt dura, & congelata indiuiſibilia mollibus,

4 ſed ſimiliter omne humidū, quandoq; autem durum, & congelatum eſt.

quandoq; autem concreſcit, ac durum fit. Quare alterationem de medio tollant Veteres neceſſe eſt, ſi propriam de actione, & paſſione tueantur ſententiam.

1 Præterea nec accretionem, nec decretionem defendere vllo pacto queunt. Nam ea eſt accretionis, & decretionis natura, vt quælibet eius, quod accreſcit pars, maior, eius verò, quod decreſcit pars, efficiatur minor. 2 At ſi corpuſculorum additione fit accretio, tota quidem corporis moles amplior facta erit, ſed omnes haud partes incrementum ſument, cum indiuidua corpuſcula, ex quibus corpora conſtant, nec creſcere, nec decreſcere queant. Quare potius ad partes corporis fiet additio, quam eius accidet accretio. 3 Neque enim corpus vniuerſum mutabitur extrinſeca adueniente materia, neque in aliam vertetur naturam, quemadmodum accidit, cum ex minori aqua amplior aeris gignitur moles. 4 Ex dictis igitur manifeſtum eſt, a quid generare ac agere, & generari, ac pati ad inuicem ſit, & quo pacto contingat, non modo ex propria ſententia, ſed etiam ex ea, quam tuentur Veteres.

1 Reſtat iam, vt initio traditum ſeruantes ordinem mixtionis inueſtigemus naturam, hoc enim ex ijs poſtremum

Tex. 81.

1 Amplius autem neque augmétationem poſſibile eſt eſſe, & diminutionem.

2 Non enim quodcumq; erit factum maius, ſiquidem erit appoſitio.

3 & non omne mutatum, aut mixto aliquo, aut ſecundum ſe mutato.

4 Quid igitur eſt generare, & facere, generari, & pati ad inuicem, & quo modo contingit, & quomodo inquiunt Quidam, non contingit auté determinatum ſit hoc modo.

a *Philoponus*.

Tex. 82.

1 Reliquum autem eſt conſiderare de mixtione ſecundũ eundem modum methodi:

mum eſt, quę explicanda propoſuimus. [2] Contemplādū igitur eſt quid mixtionis nomen ſignificet, [a] quid ſit miſcibile, quibuſue competat mixtio, & quomodo fiat; præterea vtrum mixtio ſit, nec ne. [3] Quidam vero ſic probant impoſſibilem eſſe mixtionem, quam ex plurium, quæ ſeruata manerent coalitu, genito nouo quodam fieri cenſebant Veteres. Si mixtio ſic accepta datur, vno ex his tribus modis fieri debet, aut quia miſcibilia nullo pacto alterata maneāt, aut quia ambo intereant, aut quia alterum ex ijs maneat, alterum autem eſſe deſinat. Suppono enim ex duobus dumtaxat miſcibilibus effici mixtionem. [4] Iam ſi ambo in mixtione haud alterata miſcibilia manent, nihil de nouo genitum erit, atque cum ſeruentur ea, quæ exiſtebant prius, non magis erunt mixta, quam eſſent prius, ſed ſimili ſe habebunt modo. [5] Si alterum intereat miſcibile, alterum autem maneat, nec etiam dicetur mixtio, ſed vnius interitus, atque alterius conſeruatio: at eorū debet eſſe mixtio, quæ æque illæſa manent. [6] Eodem modo nec fieri mixtionem putandum eſt, ſi ambo miſcibilia intereant, [7] neque enim miſcentur ea, quæ nullo pacto exiſtunt.

[1] Hæc igitur dubitatio quærere videtur, vt declaremus in quo mixtio à

hoc enim erat tertium propoſitorum à principio.

2 Conſiderandum autem eſt quid eſt mixtio, & quid miſcibile, & quibus exiſtit entium, & quomodo: amplius autem vtrum ſit mixtio, an hoc falſum.

a Philoponus.

3 Impoſſibile enim eſt aliquid alterum alteri mixtum eſſe, ſicut dicunt Quidam.

4 Exiſtētibus enim adhuc mixtis, & non alteratis, non magis nūc mixta eſſe inquiunt, quam prius ſed conſimiliter ſe habere:

5 altero autem corrupto, non mixta eſſe, ſed hoc quidem eſſe hoc autem non eſſe, mixtionem autem ſimiliter habentium eſſe:

6 eodem autem modo, & ſi ambobus congredientibus, corruptum eſt eorum, quæ miſcentur vtrumq;.

7 non enim eſſe mixta nullatenus exiſtentia.

Tex. 83.

1 Hic igitur ſermo videtur quærere, vt determinetur

generatione, & corruptione differat, & in quo diſcrepet miſcibile à generabili, & corruptibili, hoc eſt, vt explicemus quid mixtionis, ac miſcibilis nomen ſignificet. [2] Manifeſtum enim eſt mixtionem, ſi datur, à generatione, ac interitu, alijſq; mutationibus differre, vt omnium communis approbat conſenſus. [3] Quamobrem cum hæc expoſita erit difficultas, probeq; notũ quid mixtionis nomen ſignificet, propoſitæ ſolutio dubitationis patebit, atq; is ſeruabitur ordo, vt prius quid nõ ſit mixtio, deinde quid mixtio ſit declaretur. [4] Et perſpicuum quidem eſt, cum in ignẽ conijciuntur ligna, & cõburuntur, haud cum igne miſceri, & ſecundum proprias ſumpta partes, nec inter ſe, nec cum ipſo miſceri igne, ſed ignem quidẽ gigni, ligna autem interire. Ex quo patet mixtionem haudquaquam generationem, ac interitum eſſe. [5] Eodem autem modo nec nutritio, aut accretio videtur mixtio, quandoquidem corpori alimentum miſceri non dicimus. Præterea, & ab ipſa alteratione mixtio differt. [6] Neq; enim cum ex cera mutata figura fit ſtatua, aut dealbatur aliquid, figuram commiſceri cum cera, dum eã informat. [7] Aut cum corpore albedinem miſceri dicimus. Ex quibus manifeſtum eſt, nec vllam ex dictis muta-

tionibus

quid differt mixtio à generatione, & corruptione, & quid miſcibile à generabili, & corruptibili.

2 Manifeſtum enim eſt, quod oportet differre, ſiquidẽ eſt.

3 Quapropter his exiſtentibus manifeſtis dubitata ſoluentur vtiq;.

4 At vero nec materiam igni mixtam eſſe dicimus, nec miſceri cum ardet, aut ipſam ſuis particulis, neque ignis, ſed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.

5 Secundum autem eundem modum, nec corpori nutrimentum,

6 nec figuram ceræ mixtam formare molem,

7 neq; corpus, & album,

tionibus mixtionem eſſe, nec vllam ex ijs, in quibus, aut omnia ſaluentur miſcibila, aut omnia intereant, aut alia quidem illæſa maneant, alia autem interitum ſubeant. [8] Hinc vero & certum illud eſt duo eiuſdem ſubiecti accidentia inter ſe commiſceri non poſſe, [9] aliquoue dealbato, qui & ſciens erat, ſcientiæ haud albedinem commiſceri, non ſolum ex eo quod in ſubiecto remaneant ambo, in eoq; ſecundum proprium, ac perfectum eſſe actu inſint, ſed etiam quod ante mixtionem ſeparata eſſe, ac per ſe conſiſtere nequeant. Hanc enim ad veram efficiendam mixtionem requirunt homines conditionem, vt prius quam miſcibilia conueniant, ſeorſim oſtendi poſſint. [10] Ob hanc cauſam Anaxagoras mixtionis nomine abuſus eſt, omnia quandoque ſimul commixta fuiſſe dicens. [11] Neque enim omnia ſunt apta miſceri, ſed oportet ea, quæ miſcibilia ſunt, aliquando ſeorſim, ac per ſe exiſtere poſſe; [12] cum tamen id accidentibus competere communis hominum reclamet conſenſus.

Sed iam quid mixtionis nomine intelligere oporteat, vt quæ dubitata ſunt, corruant, mixtionemque poſſibilem eſſe appareat, demonſtrare enitendum eſt.

Quo-

8 neq; omnino paſſiones, & habitus poſſibile eſt mixta eſſe rebus, ſaluata enim videntur.

9 Atqui neq; album, & diſciplinam contingit miſceri, nec aliud non ſeparabilium vllũ

10 Sed hoc dicunt non bene, qui omnia quandoque ſimul eſſe dicunt, & mixta eſſe.

11 Non enim omne miſcibile ſed oportet exiſtere ſeparabile vtrumq; mixtorum.

12 Paſſionum autem nulla ſeparabilis.

Digitized by Google

Tex. 84

1 Quoniam autem ſunt entiũ, illa quidem potentia hæc autem actu,

a Philoponus.

2 contingit mixta eſſe quodammodo,& non eſſe:

3 actu quidem exiſtente alio generato ex ipſis,

4 potentia autem quid vtriuſque eorum,quæ erant, antequam miſcerentur,& non deperdita.

5 Hoc autem ſermò quæſiuit prius.

6 Videntur enim ea,quæ miſcentur,prius ex ſeparatis cõuenientia, & poſſibilia ſeparari rurſus.

1 Quoniam igitur ea, quæ miſceri apta ſunt, a partim quidem actu, partim verò potentia exiſtunt, quatenus duas obtinent rationes inter ſe diſtinctas, quarum altera entitas eſt ad materiæ naturam accedens, atque ad vlteriorem alium ſubſtantialem actum ordinata, altera autem actus, & terminus, à quo vltimo potentialis determinatur entitas, & ad propria, ſpecificamuè rationẽ contrahitur, 2 neceſſe eſt miſcibilia,cum ſimul conueniunt, ac miſcentur quodammodo eſſe, & quodammodo non eſſe. 3 Etenim amplius actu non ſunt,vltima, ac propria actualitate deperdita,qua miſcibilia in ſuo eſſe actuali, & ſpecifico conſtituuntur ſed actu quidem ob nouam ſuperuenientem actualitatem nouum quoddam ens, ſeù mixtum genitum eſt, diuerſam ab ijs naturam obtinens. 4 Alio verò modo eſſe, ac remanere dicuntur miſcibilia,quatenus propæri, ac potentiales eorum entitates, quæ ante mixtionem exiſtebant, haud prorſus deperditæ inſunt, ex quibus noua actualitate genita ipſum coaleſcit mixtum. 5 Atque hoc quidem,vt declararetur, allata poſtulabat dubitatio, quo modo ſeruari ſimul, ac interire miſcibilia poſſent. 6 Ex quo manifeſtum eſt, quoniam ante mixtionem ſeparata extiterunt miſcibilia, iterum

diſſo-

diſſoluto mixto ab inuicem ſeparari, ac ſeorſim exiſtere poſſe, ſi adſit agens à quo ſingula proprium, ac ſpecificum actum, quem amiſerunt, recuperare valeant. Quod profectò non accideret, ſi ſecundum propriam entitatem in mixto haudquaquam ineſſent miſcibilia. 7 Quare nec genito mixto actu ſecundum proprias, vltimaſque actualitates miſcibilia manent, quemadmodum corpus & album, neq; intereunt, aut alterum, aut ambo, ſed eorum manet virtus, ſeù potentialis entitas, qua proprijs recuperatis actualitatibus ſeorſim exiſtere eodem queant modo, quo ante mixtionem exiſtebant. 8 Sed quoniam mixtionis iam nomen declaratum eſt, ex quo ſublata omnis videtur difficultas, vereque mixtionem eſſe apparet, quam plurium vnionem propria eorum entitate, ac virtute ſeruata, aliaque de nouo actualitate genita eſſe arbitramur, haud amplius dicere de his, ac pertractare neceſſe eſt.

1 Reſtat igitur, vt conſiderantes modum, 2 quo accidit mixtio, aliorum prius diuidamus, ac perpendamus ſententias, quæ & ipſam quoq; mixtionis exiſtentiam euertunt. 2 Prior ſententia docet miſcibilia in exiguas, ſenſumq; præ tenuitate effugientes particulas diuidi, eaſque tum veram mixtionem efficere,

7 Neque permanent igitur actu, vt corpus & album, neque corrumpuntur, neq; alterum neq; ambo, ſeruatur enim virtus eorum.

8 Ideo hæc quidem relinquantur.

Tex. 85.

1 Annexam autem his dubitationem diuidendum.

2 *S.T hemas.*

2 Vtrū ne mixtio ad ſenſum ſit, vt quando ita in parua diuiſa fuerint ea, quæ miſcentur, & poſita fuerint hoc modo ad inuicem, vt non manifeſtum vnumquodq; ſit ſenſui, tunc mixta ſunt.

cere, cum inuicem ſic miſcentur, vt vnaquæque pars cuilibet apponatur parti. 3 Poſterior autem ſententia putat miſcibilia in minimas haud amplius ſuapte natura diuiſibiles particulas diuidi, atque ex ijs tum mixtionem effici, cum minima quæuis pars cuiuis vnitur parti. 4 Et prior quidem ſententia hordeum, ac frumentum, ſi conterantur, & in farinam redigantur, miſceri cenſet, cum exigua quæq; hordei pars erit cuicumque frumenti parti appoſita. 5 Vt verò has reprobemus ſententias id firmiter ſtatuendum eſt, omne corpus in ſemper diuiſibilia ſuapte natura diuiſibile eſſe. 6 Dico autem corpus quoniam corpora dumtaxat miſceri queunt, eaque ſolum, quæ eiuſdem rationis obtinent partes. 7 Hoc ergo iacto fundamento videndum eſt, an poſſibile ſit quamlibet miſcibilium particulam iuxta quamlibet particulam poni.

1 Quoniam autem omne corpus ſemper diuiſibile eſt, nullumque actu in minimas diuiſum partes eſſe poteſt, 2 & compoſitio idem, quod mixtio non eſt, ſed ab ea differt, 3 manifeſtum eſt haud ea miſceri, quæ ſecundum exiguas, inſenſibileſque particulas ſeruata, ac integra manentia iuxta ponuntur. Conſequentia patet, 4 neq; enim mixtio, ac tempe-

3 An non ſunt, ſed eſt vt quęcumq; ſecus quamcũq; ſit particulam mixtorum.

4 Dicetur igitur illo modo vt hordea mixta eſſe frumẽtis, quando quodcunque ſecus quodcumq; ponetur.

5 Si autem eſt omne corpus diuiſibile,

6 ſiquidem eſt corpus corpori miſcibile, quod ſimilium partium,

7 quamcumq; vtique oportebit partem fieri ſecus quamcunque.

Tex. 86.

1 Quoniam autem non eſt in minima diuiſum eſſe,

2 nec compoſitio idem quod mixtio, ſed diuerſum,

3 manifeſtum eſt quod neq; ſecundum parua ſaluata oportet ea, quæ miſcentur dicere mixta eſſe.

4 Cõpoſitio enim erit, & non temperamentum, nec mix-

Digitized by Google

ſemperamentum fiet, ſed mera exiſtet compoſitio, nulloque pacto eiuſdem rationis totum, ac partes erunt, propriam, integramq; partibus ſeruantibus naturam, ideoque prorſus inter ſe diſſidentibus. At hoc abſurdum eſt,[5] neceſſarium enim eſſe dicimus, vt ſi vere mixtũm aliquid ſit, omnes quoque partes mixtas, eiuſdemque rationis obtineat,[6] & quemadmodum quæuis aquę pars aqua eſt, ſic etiam mixti quælibet pars mixta ſit, ergo mixtio non eſt, quæ ex inſenſibilium iuxtapoſitione partium reſultat. 7 Præterea ſi diuiſarum, ac inſenſibilium compoſitio partium mixtio erit, eiuſdem minime rationis obtinebit partes, proindeque haud vera dicetur mixtio, ſed quæ ſic ſenſibus tantummodo ob exiguitatem partium appareat. [8] Quamobrem is, qui debili, infirmoque vtitur viſu, quæcumque exiguas, ſimulque poſitas habent partes, eſſe mixta putabit, earum minime partiũ diſtinctionẽ percipere valens.[9] At Lynceus, qui acutiſſimum habet viſum, exiguas omnes diſcernens partes, nihil prorſus eſſe mixtum iudicabit. [10] Verum & ex iactis fundamentis eorũ quoque abſurdam ſententiam eſſe patet, qui minimas quaſq; partes diuiſas, iuxtaque poſitas eſſe in mixtione cenſent. [11] Neq; enim poſſibile eſt corpus in eas

Q par-

tio, neq; habebit eandem rationem cum toto pars.

5 Dicimus autem oportere, ſi mixtum eſt ſimilarium partium eſſe,

6 & quemadmodum aquæ pars aqua, ita & temperati.

7 Si autem ſecundum paruã compoſitio fuerit mixtio, nihil continget horum, ſed ſolũ quidem mixta ad ſenſum.

8 Et idem huic quidem mixtum; ſi non inſpexerit quis acute.

9 Lynci autem nihil mixtũ.

10 Neque diuiſione, vt quæcumq; pars ſecus quamcumque ſit.

11 Impoſſibile enim ita diuidi.

12 Aut igitur non erit mixtio, aut dicendum hoc quomodo contingit fieri rurſus.

partes diuidi, quæ vlterius diuidi nequeant. 12 Quapropter, aut mixtio non eſt, cum allatos mixtionis modos eſſe falſos appareat, aut ex propria ſententia quo pacto fieri poſſit mixtio indagandum eſt.

Vt igitur modum, quo accidit mixtio, ſeu propriam, & adæquatam mixtionis cauſam inueſtigemus, quænã miſcibilia ſint, quaſue poſtulent conditiones declarare oportet.

Tex. 87.

1 Sunt itaq; vt dicebamus entium hæc quidem actiua, illa autem ab his paſſiua.

2 Hæc igitur conuertuntur, quorumcumq; eadem materia eſt, & actiua, & paſſiua ad inuicem.

3 Hæc autem faciunt impaſſibilia exiſtentia, quorum non eſt eadem materia.

4 Horum igitur non eſt mixtio.

5 Ideo neque medicatiua facit ſanitatem, neque ſanitas mixta corporibus.

a *Philoponus*.

1 Notandum ergo eſt eorum, quæ ſunt, alia quidem actiua, vt diximus, alia autem ab his paſſiua eſſe. 2 At quæcumque eandem, & communem habent materiam, inuicem actiua, & paſſiua ſunt. 3 Quæcumq; verò diſſimilem obtinent materiam agere quidem, ſed repati nequeunt. 4 Iam ea, quæ eandem non habent materiam inuicem miſceri nullo pacto poſſunt. 5 Atque ob hanc cauſam nec medendi ars ſanitatem agens cum ea miſcetur, a nec in Medici animo exiſtens ſanitas cum corpore mixta eſſe poteſt. Quare ea miſcibilium videtur eſſe conditio, vt eandem, & communem habeant materiam, ſiquidem ea, quæ miſcentur viciſſim agere, ac pati neceſſe eſt.

Tex. 88.

1 Actiuorum autem paſſiuorum quęcumq; ſunt facile diuiſibilia,

1 Notandum ſecundum eſt, haud omnia actiua, & paſſiua, quæ in eadem inſunt materia inuicem miſcibilia eſſe,

Digitized by Google

ſed illa, quæ facile diuidi, & comminui poſſunt. Atque ne hoc quidem ſufficit, ſed neceſſe eſt ea, quæ miſceri debent, proportionata eſſe prædita magnitudine, adeo vt vnum miſcibile alterum haud magno vincat exceſſu: 2 Si enim multa paucis, & magna miſceantur paruis, non quidem vera, ac propria fiet mixtio, ſed conuerſio in id, quod potentius eſt, 3 exiguo miſcibili in eius, quod magnitudine excedit naturam conuerſo. 4 Atque ob hanc cauſam vini gutta in multas aquæ amphoras iniecta non miſcetur, 5 propterea quod eius perit forma, ac in totam aquam mutatur vinum. Quare haud mixtum ex his, ac temperamentum reſultat, ſed augetur aqua, eò quod excedens abſorbeat in ſe, & conuertat vinum.

1 Cum igitur miſcibilia quodammodo æquales, ſeu proportionatas habuerint virtutes actiuas, adeo vt nullum ex ijs nimium excedens alia in propriam vertat naturam, tum ſingula miſcibilia in ſeſe viciſſim tamquam in ea, quæ vincant, ac ſuperent mutantur, atque propriam amittunt naturam, 2 quatenus ex eorum actione vltimis deperditis actualitatibus, aliaque de nouo ſuſcepta quoddam aliud gignitur ens miſcibilium redolens naturam, atque inter ea vt medium, & commune quid

Q 2 exiſtens,

2 multa quidem paucis, & magna paruis, non faciunt mixtionem, ſed augmentationē dominantis.

3 Mutatur enim alterum in dominans.

4 Ideo gutta vini decem millibus congijs aquæ non miſcetur.

5 Soluitur enim forma, & mutatur in vniuerſam aquam.

Tex. 89.

1 Quando autem potentijs adæquantur quodammodo, tunc mutatur quidem vtrūque in dominās ex ſui ipſius natura,

2 non generatur autem alterum, ſed medium, & commune.

existens, in quo eorum entitates vnicam, & communem obtinentes actualitatem insunt. 3 Ex traditis miſcibilium conditionibus manifeſtum eſt quęcumque actiua contrarietatem habent inuicem miſcibilia eſſe, 4 propterea quod & mutuo paſſiua ſint. Quamobrē miſcibilium contrarietas propria, & adæquata mixtionis cauſa erit. Sed quoniam ſimpliciter neceſſariæ ad mixtionem efficiendam conditiones allatæ ſunt, alias afferre oportet, quæ & minus facilem, aut difficilem, minuſque perfectam, aut imperfectam mixtionem reddant. 5 Primo igitur quò miſcibilia in exiguas magis, ac minutas partes diuiſa fuerint, eò facilius miſcentur. 6 Etenim partes minimæ iuxta poſitæ a ſe maxime tangunt, ideoque & maxime viciſſim agunt, ac patiuntur, quare & facilius inuicem, ac celerius permutantur. 7 At partes, quæ maiori ſunt præditæ magnitudine ſe minus tangunt, plures à contactu remotiores obtinentes partes, atq; minus idcirco agunt, ac patiuntur, quo fit vt tardius, ac difficilius mutationem ſubeant. Si igitur in hac miſcibilium permutatione mixtionis natura conſiſtit, neceſſariò miſcibilia, quò exiguas magis, ac minutas habebunt partes, eò facilius mixtionem ſubibunt. 8 Quapropter eorum, quæ diuidi,

3 Manifeſtum eſt igitur quod hæc miſcibilia ſunt quæcumque facientium contrarietatem habent,

4 hæc enim ſunt ab inuicem paſſiua.

5 Et parua quoque ſecus parua poſita miſcentur magis.

6 Facilius enim inuicem permutantur, & citius.

a *Philoponus.*

7 Multum autem, & à multo tardius hoc operatur.

8 Ideo, & facile terminabi-

diuidi, ac pati ſolent, alienum facile terminum ſuſcipere apta miſceri faciliime poſſunt, 9 quoniam, & facile diuidi, & in exiguas ſecari partes queunt. 10 Atque humida quidem facile terminos alienos admittunt, ideoq; optime commiſceri apta ſunt, 11 ſi tamen excipiamus ea, quæ viſcoſa, ac tenacia exiſtunt, vt oleum, pix, cæteraq; huiuſmodi. 12 Hæc enim ob lentorem ægre diuiduntur, & ampliorem dumtaxat, maioremq; efficiunt molem. 13 Præterea tum imperfecta, minuſque propria accidit mixtio, a cum plura quidem miſcibilia actiua, ac paſſiua ſunt, ſed vnum ad aliud relatum ab eo maxime paſſiuum eſt, alterum autem minus. 14 Quemadmodum in mixtione ſtanni, & æris cõtingit. Etſi enim ambo liqueſcant, ac miſceantur, attamen ſtannum ab ære maxime patitur, cum in aerem fere totum reſoluatur, minus autem patitur æs, cuius integra ſubſtantia manet, amplior ob ſtanni mixtiooem facta, quodamque ipſius colore infecta.

1 Etenim quædam balbutire, ambiguaq; videntur entia, quatenus media inter ea ſunt, quæ perfecte miſcentur, & ea, quæ miſceri nullo pacto queunt. 2 Quamobrem & remiſſe, & quodammodo mixtionem ſubeunt, quoniam alterum paſſiuum, ac ſuſceptiuum eſt, alterum

terum

lia diuiſibilium, & paſſiuorũ miſcibilia ſunt,

9 diuiduntur enim in paruã hæc faciliter.

10 Hoc enim erit facile terminabile eſſe, vt humida miſcibilia maxime corporum: 11 facile terminabile enim maxime humidum diuiſibilium, niſi viſcoſum fuerit:

12 Hæc enim ampliorem vtiq; & maiorem molem faciunt. 13 Quando autem alterum ſolum paſſiuum erit, aut vehementer, illud autem valde remiſſe, aut nihil amplius quod mixtum eſt ex ambobus, aut parum.

a *Philopponus.*

14 Quod quidem contingit circa ſtannum, & æs.

Tex. 90.

1 Quædam enim balbutiunt ad inuicem entium, & ancipitia ſunt:

2 Videntur enim quodammodo, & miſcibilia eſſe remiſſe, & vt alterum quidem ſuſceptibile, alterum autẽ forma,

3 quod & in his contingit:
4 Stannum enim, vt paſſio aliqua exiſtens ſine materia æris pene euaneſcit, & mixtum recedit, cum colorauerit ſolum:

5 Idem autem hoc contingit, & in alijs.
6 Manifeſtum eſt igitur ex ijs, quæ dicta ſunt, & quod eſt mixtio, & quid eſt, & propter quid eſt, & quæ miſcibilia entium.

7 Quoniam ſunt quædam talia, qualia ſunt ab inuicem paſſibilia, & facile terminabilia, & facile diuiſibilia:
8 hæc enim neq; corrupta eſſe neceſſarium eſt mixta, neque poſſunt eadem ſimpliciter eſſe,

9 neque compoſitionem eſſe mixtionem eorum, neque ad ſenſum.

10 Sed miſcibile quidem eſt, quando facile terminabile exiſtens paſſiuum fuerit, & actiuum, & tali miſcibile:

11 ad æquiuocum enim miſcibile.

terum autem veluti forma, ac ſpecies actiuum. [3] Atque hoc in ſtanno, & ære contingit. [4] Nam æri ſtannum admixtum quaſi materiam propriam, propriumque non habeat corpus, ſed quædam ſit æris affectio, cum miſcetur, pene totum euaneſcit, ac difflatur, & ob exiguam, quam retinet, ſubſtantiam, ipſum tantummodo æs colorare videtur. [5] Idem vero, & in alijs rebus accidit. [6] Ex his igitur quæ in toto hoc poſtremo de mixtione tractatu dicta ſunt, manifeſtum eſt, an mixtio ſit, quid mixtionis nomen ſignificet, propter quam exiſtat cauſam, & quænam entia miſceri apta ſint. [7] Atque miſcibilia videntur ea, quæ viciſſim agere, ac pati, alienum facile terminum ſuſcipere, & diuidi facillime poſſunt. [8] Hęc enim, vt conſentiunt omnes, nec omnino interire neceſſe eſt, nec eadem, integraq; ſimpliciter manere, ſed in communẽ quandam, mediamque verti naturam oportet. [9] Hoc autem modo miſcibilium haud compoſitio videtur mixtio, quæ ſic ſenſibus tãtummodo appareat, quẽadmodum ſenſerunt Veteres. [10] Quamobrem id miſcibile quidem erit, quod actiuum, ac paſſiuum exiſtens, alienum facile terminum poteſt ſuſcipere, & cũ eo miſcetur, quod eaſdem habet conditiones: [11] miſcibilia enim, & idem nomen,

Digitized by Google

men, & eaſdem eſſentiales conditiones obtinent. 12 Mixtio vero miſcibilium alteratorum erit vnio, a hoc eſt, miſcibilium vnio, quæ propria actualitate deperdita, & quodam proinde modo alterata, ac refracta ſub alio communi, medioq; exiſtunt actu, & verè, proprieque mixtum efficiunt.

Finis Libri Primi.

12 Mixtio autem eſt miſcibilium alteratorum vnio.
a *Philoponus.*

AVGVSTINI PALLAVICINI EXPLANATIO PARAPHRASTICA.

IN LIBRVM SECVNDVM.

De Generatione, & Corruptione.

ABSOLVTA 1 iam eſt de mixtione, cōtactu, actione, & paſſione pertractatio, quomodo ijs cōpetant, quæ ſuapte natura agere, ac pati queunt. 2 Atq; de ſubſtantiali rerum ortu, ac interitu quid ſit, quibus inſit rebus, & quam ob cauſam exiſtat copioſe diximus. 3 Præterea, & de ipſa quoque alteratione quid ſit, & quo pacto ab ortu ſimplici, abſolutoq; differat explicauimus. 4 Reliquum nunc eſt, vt de vocatis elementis conſideremus, ex quibus

Tex. 1.

1 De mixtione igitur, & tactu, & de ipſo facere, & pati dictum eſt, quomodo exiſtunt in rebus, quæ tranſmutantur ſecundum naturam:

2 amplius autem de generatione, & corruptione ſimplici, quomodo eſt, & cuius, & propter quam cauſam:
3 ſimiliter autem, & de alteratione dictum eſt, quid alterari, & quam habet differentiā eorum vnumquodque.

4 Reliquum autem eſt conſiderare circa vocata elementa corporum:

Digitized by Google

bus corpora mixta, veluti ex propria & certaq; materia fiunt, & conſtant.[5] Neque enim abſque ſenſibilibus corporibus,[a] ſeù elementis, quæ cum præcipuum tactus feriant, excitētq; ſenſum; ob peculiares ſibi à natura conceſſas affectiones, prima nuncupantur ſenſibilia, ortum, ac interitum mixta ſubeunt corpora, quæ vt proprium, vltimumq; naturæ ſcopū conſideramus, ideoq; natura conſiſtentes ſubſtantias vocamus.

5 Generatio enim, & corruptio omnibus natura conſiſtentibus ſubſtantijs, non ſine ſenſibilibus corporibus.

a S. Thomas.

Verum antequam propriam elementorum naturam, quam ad mixta relata ſortiuntur corpora, eorumq; inueſtigemus numerum,[a] prima haudquaquam eſſe rerum elementa, ac principia, ſed ex prioribus alijs principijs eſſe compoſita demonſtrandum eſt, vt & tranſmutari inuicem poſſe mixtorum elementa corporum appareat, & eorum corruat error, qui ex elementis, veluti ex prima, vltimaq; materia conſtitui mixta cenſent.

a Philoponus.

[1] Quidam igitur è veteribus Philoſophis vnicum tantummodo elementum, atq; vnam ſtatuunt materiam, in qua tamen aſſignanda minime conſentiunt,[2] cum alij aerem, alij ignem, alij quoddam medium inter hæc inuehant corpus[a] actu per ſe exiſtens, atque ab alijs ſeiunctum elementis.[3] Quidam verò inquiunt plura eſſe rerum elementa,

Tex. 2.

1 Horum autem ſubiectā materiam hi quidem inquiunt eſſe vnam,

2 vt aerem ponentes, aut ignē, aut aliquid medium horum, & corpus exiſtens, & ſeparabile.

a Philoponus.

3 Hi autem plures ſecundum numerum vno.

ta, 4 quorum alij ignem, ac terram aſſerunt, alij his addunt aerem, alij aquã vt Empedocles. 5 Attamen ex his, aut coeuntibus, ac diſſolutis, aut penes affectiones alteratis res gigni, ac interire vnanimi conſenſu omnes affirmant.

Sic autem arguunt, vt corpora hæc prima rerum principia eſſe probent. Quæcumque in ſuo genere prima ſunt, aliorum principia, atque elementa videntur, ſed quæ aſſignata ſunt corpora, aut omnia, aut quædam omnium prima ſunt, ergo aliorum principia, & elementa exiſtunt.

1 In hac argumentatione quoad maiorem propoſitionem ſpectat abſq; vllo ſcrupulo cõcedi poteſt. a Etenim fateri conſentaneum eſt, ea quæ omnium prima ſunt, rerum principia, atq; elementa eſſe, quicquid ſit de modo, quo ex his generatio rerum, ac interitus accidit, aut quia per vnionem, diſſolutionemue tranſmutentur, aut quia alterata dumtaxat mutationem ſubeant, etſi vt patebit; verum haud ſit corporea indicata elementa prima rerum principia eſſe. 2 At qui vnicam præter elementa ſtatuunt materiam, quæ actu exiſtat corpus, & ab ijs ſeiungi queat, maxime errant. 3 Neque enim fieri poteſt, vt ſenſibile actu exiſtat corpus, quod nullam ex primis, ac ſenſibilibus

R quali-

4 Hi enim ignem, & terram, hi autem, & hæc, & aerem tertium, hi autem, & hæc, & aquam quartum, vt Empedocles;

5 ex quibus congregatis, & ſegregatis, aut alteratis contingere generationem, & corruptionem rebus.

Tex. 3.

1 Quod igitur prima principia, & elementa bene ſe habet dicere, ſit confeſſum, ex quibus tranſmutatis, aut ſecundum aliam tranſmutationem contingit generationem eſſe, & corruptionem.

a Philoponus.

2 Sed facientes quidem vnam materiam præter dicta, hanc autem ſeparabilem, & corpoream, peccant:

3 Impoſſibile enim eſt ſine contrarietate eſſe corpus hoc ſenſibile exiſtens.

4 Aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum neceſſe eſt eſſe infinitũ hoc, quod quidem dicunt eſſe principium.

qualitatibus ſuapte natura inuoluat. 4 Quare medium, atq; infinitum, quod præter elementa inuehunt corpus, rerumq; principium aſſerunt, aut graue, aut leue, aut calidũ, aut frigidum erit. At ſi calidum, ac leue ſit ex neceſſitate aer, aut ignis erit, ſi frigidum, ac graue terra, aut aqua, aut ſaltem ex his conflatum corpus, non igitur vllum ſenſibile actu præter elementa exiſtens corpus eſſe poſſibile eſt.

Tex. 4.

1 Vt autem in Timeo ſcriptũ eſt nullam habet determinationem.

2 Non enim dixit manifeſte illud omne recipiens ſi ſeparatur ab elementis:

3 nec vtitur illo, dicens eſſe ſubiectum aliquid vocatis elementis prius:

4 vt aurum operibus aureis.

1 Verum, & in eo defecit Plato de prima rerum materia loquens, quod in Timeo ipſius naturam obſcure, & confuſe tetigit.2 Neque enim clare determinauit, an materia prima, quam formarum omnium locum, & receptaculum dixit, ab elementis ſeiungi, & abſque ijs conſiſtere vllo modo poſſet. 3 Atque etiam errauit Plato, cum prius vnicam elementis ſubiecerit materiam, poſtea autem de elementorum generatione loquens, haud illa vtatur, ſed ex ſuperficiebus elementa conſtitui aſſerat. 4 Hanc autem ſubiectam materiam exemplo auri declarat, aitq; vt ex auro opera quæcumque aurea fiunt, ſic ex ea omnia elementa fieri. Quare cum corpora hæc artificiata à ſubiecta denominentur materia, eodem modo, & naturalia corpora ab immutabili, in qua inſunt, materia proprium ſortiri nomen

Digitized by Google

nomen cenſet.[5] Sed minus quidem recte, hoc dici videtur, quandoquidem res naturales potius à forma à qua in proprio eſſe conſtituuntur, quam à materia denominentur.[6] Etenim quia in alteratione non mutatur ſubiectum ſenſibile, ſed manet idem ſubſtantiali ſeruata forma, recte a ſubiecta materia ſumitur denominatio.[7] At in generatione, atque interitu, quia ſubſtantialis mutatur forma, haud ex materia, quæ permanet oritur nomen, ſed ex forma, quæ rem in proprio eſſe conſtituit.

[8] Atque hoc pacto rectiſſime Plato à ſubiecta materia ſtatuas aureas dici affirmat, cum artificialis ſtatuæ figura accidens ſit, auri autem forma ſubſtantia, à qua eſſe, nomenq; prouenit. Secus verò in rebus naturalibus accidit in quibus forma haud accidens eſt, ſed ſubſtantia, quæ proprium eſſe conſtituit, iureq; nomen tribuit.

[1] Is autem, & Platoni poteſt adſcribi error, quod elementa, quæ ſolida videntur corpora, ex ſuperficiebus, tamquam ex materia conſtare, & in eas diuidi cenſet.[2] Neque enim fieri poteſt vt ſuperficies, quæ indiuiſſibilis corporis terminus eſt, ipſum veluti prima ingrediatur materia.

[1] Verum licet Veteres corpora ſenſibilia, ſeù elementa, ex quibus con-

ſtant

5 Sed hoc non bene dicitur, hoc modo dictum,

6 Sed quorum quidem alteratio eſt, ita,

7 quorum autem generatio, & corruptio, impoſſibile illa appellari, ex quibus generatum eſt:

8 Quam uis, inquit, longe veriſſimum eſſet aurum dicere vnumquodq; eſſe.

Tex. 5.

1 Sed elementis exiſtentibus ſolidis vſque ad planities facit diſſolutionem.

2 Impoſſibile autem materiã primam planities eſſe.

Tex. 6.

1 Nos autem dicimus aliquã materiam, corporum ſenſibilium, ſed hanc non ſepara-

Digitized by Google

bilem, ſed ſemper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elementa.

2 Determinatum eſt autem de his exactius in alijs.

3 Sed tamen quoniam, & hoc modo ſunt ex materia corpora prima determinandum eſt, & de his.

4 Principium quidem, & primum exiſtimantes eſſe materiam, inſeparabilem quidẽ, ſubiectam autem contrarijs.

5 Neque enim calidum materia eſt frigido, neq; hoc calido, ſed ſubiectũ ambobus.

6 Quapropter primum quidẽ potentia corpus ſenſibile principium eſt.

7 Secundum autem contrarietates, dico autem, vt caliditas, & frigiditas.

a S. Thomas.

ſtant mixta, prima rerum principia eſſe ſtatuant, nos tamen aliquam his corporibus materiam ſubijci aſſerimus, eãque haud per ſe poſſe conſiſtere, ſed cum aliqua ſemper forma, certaue qualitate coniunctam eſſe, atque ex ea ſenſibilia gigni corpora, quæ dicuntur elementa, cenſemus. 2 At de his maiori cum diligentia in phyſicis determinatum eſt. 3 Nunc tamen breuiter de ipſa materia dicendum eſt, quomodo ex ea, cum certa quadam temperie qualitatum elementa fiant. 4 Atque id exiſtimandum eſt, principium, ex quo primo elementa fiunt, materiam eſſe, quæ ab ipſis quidem formis, certiſue qualitatibus ſeiungi nequit, ſed ijs perpetuo, ac indiſſolubili nexu iuncta ſubijcitur. 5 Neque enim calidum præciſe ſumptum frigido, vt propria ſubſternitur materia, atque ipſius actionem ſuſcipit, neque calido frigidum, ſed tertium quoddam ſubiectum eſſe oportet, in quo ambo ſuſcipiantur contraria. Quapropter hunc ex parte materialium cauſarum ordinem in producendis elementis conſiderare poſſumus. 6 Nam primo quidem ipſa ineſt materia, quæ ſenſibile corpus, ſeù elementum poteſtate eſt. 7 Deinde primarum temperies qualitatum,[a] vt caliditatis, & frigiditatis, quæ ipſam præparat, ac diſpo

nit

nit materiam, ipſiuſque potentiam ad certam ſuſcipiendam formam determinat. [8] Poſtremo iam ipſum conſtitutum elementum adeſt, propria ipſius genita forma, vt ignis, aqua, & alia huiuſmodi, atque ex ijs tamquam ex materia corpora mixta fiunt. [9] Etenim viciſſim pugnant, & in ſe inuicem tranſmutantur elementa, vt ſic ad mixtorum compoſitionem concurrere queant. [10] Hinc patet error Empedoclis, & aliorum quorundam, qui tranſmutari inuicem poſſe elementa negant. [11] Si enim id verum eſſet, omnis tolleretur de medio alteratio, quam tamen ipſi concedunt. Probatur, nam alteratio in elementis eò vſque poteſt procedere, vt eorum ſubſtantiam interimat, quatenus exiſtentem in ijs temperiem qualitatum auferre apta eſt, quare ſi alterationem pati queunt elementa, & in ſubſtantia quoque mutationem ſubire poſſunt: at Empedocles, alijque tranſmutari elementa poſſe negant, ergo, & alterari etiam poſſe negare coguntur. [12] Nec verò ex eo quod inuicem tranſmutētur elementa, exiſtimandum eſt ipſas etiam qualitates pręciſe ſumptas inuicem trāſmutari poſſe. Etenim contrarium per ſe acceptum in aliud mutari contrarium non poteſt. [13] Quoniam igitur ex dictis conſtat corporea elementa primam haud-

8 Tertio autem iam ignis, & aqua, & talia.

9 Hęc entem tranſmutantur in ſe inuicem.

10 Et non vt Empedocles, & alij dicunt.

11 Neque enim eſſet alteratio,

12 Contrarietates autem non tranſmutantur.

13 Sed non minus, & vt corporis, qualia, & quot dicendum principia.

Digitized by Google

haudquaquam eſſe materiam, atque ea vt mixtorum corporum principia conſideramus, hoc de ijs cognoſcere ſatis non eſt, ſed eorum inueſtigare naturam, ac numerum oportet. [14] Neque enim exacte docuerunt Veteres, quænam, aut quot ſint elementa, ex quibus corpora mixta fiunt, & conſtant. Hoc verò facile conſequemur, ſi naturam, & numerum primarum qualitatum, quibus in eſſe miſcibili conſtituuntur elementa inueſtigabimus.

14 Alij enim ſupponentes vtuntur, & non dicunt, quare, aut talia, aut tot.

Tex. 7.

1 Quoniam igitur quærimus ſenſibilis corporis principia, hoc autem eſt tangibilis, tangibile autem cuius eſt ſenſus tactus, manifeſtum eſt quod non omnes cõtrarietates corporis formas, & principia faciunt, ſed ſolum quæ ſecundum tactum.

[1] Cum ergo eas quæramus qualitates, quæ veluti formę ſenſibilia conſtituunt corpora, ea nempe, quæ tangibilia ſunt, atq; tactus percipiuntur ſenſu, hæc enim eſt omnium corruptibilium conditio corporum, vt ſolo tactus dignoſcantur ſenſu, manifeſtum eſt haud omnes qualitates, formas, & principia ſenſibilis conſtitutiua corporis eſſe, ſed eas ſolum, quæ ſenſu tactus percipi, & cognoſci aptæ ſunt. [2] Prima etenim corpora, ex quibus alia per commixtionem fiunt, mutuo actiua, & paſſiua cum ſint, ex neceſſitate contrarietatem habent, atque hanc primario conditionem tangibiles obtinent qualitates. [3] Quãobrem nec albedo, nec nigredo, nec dulcedo, & amaritudo, nec aliæ quas alij ſenſus percipiunt qualitates corporea conſtituunt elementa, cum omnibus corru-

2 Secundum contrarietatem enim differunt, & ſecundum tangibilem contrarietatem.

3 Ideo neq; albedo, neq; nigredo, neq; dulcedo, & amaritudo, ſimiliter autẽ neq; aliorum ſenſibilium cõtrarietatũ aliqua facit elementum.

corruptibilibus haudquaquam inſint corporibus. Obijcies, qualitates natura priores magis habent rationem principij, quam qualitates natura poſteriores, ſed qualitates viſibiles ſunt natura priores tangibilibus, propterea quod ſenſus viſus ſit natura prior ſenſu tactus, ergo qualitates potius viſibiles, quam tangibiles corporum ſenſibilium formæ ſunt. 4 Reſpondeo etſi viſus ſit prior tactu, ideoq; viſus obiectum prius eſſe tactus videatur obiecto, 5 haud viſibiles qualitates tangibilis eſſe corporis affectiones, quatenus tangibile eſt, ſed quatenus aliam quandam rationem habet. Quare cum omnium corruptibilium principia corporum quæramus, atque omnia tangibilia ſint corpora, minime autem viſibilia, tangibiles potius qualitates primorum ſtatuimus corporum principia, quam viſibiles, 6 etſi natura, ac nobilitate ijs eſſe priores videantur.

4 Quamuis prior eſt viſus tactu, quapropter, & ſubiectū prius.

5 Sed non eſt corporis tangibilis paſſio, ſecundum quod tangibile, ſed ſecundum alterum,

6 etſi fuit natura prius.

1 Sed omnes inter ſe diuidere, ac diſtinguere tangibiles qualitates oportet, vt alijs dimiſſis eas tantummodo ſumamus, quæ primæ ſunt, ipſaque elementa, vt propriæ formæ, ac principia conſtituunt. 2 Sunt ergo tangibiles qualitates hæ, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, aſperum, læue,

Tex. 8.

1 Ipſorum autem tangibiliū diuidendum quales primæ differentię, & contrarietates.

2 Sunt autem contrarietates ſecundum tactum hę, calidū, frigidum, ſiccum humidum, graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, aſperum, læuæ, craſſum, tenue.

ue, craſſum, & tenuè. 3 Atque ex his quidem qualitatibus graue, & leue, nec actiua ſunt, nec paſſiua. 4 Neque enim ex eo dicuntur, quod graue alteret, ac tranſmutet leue, aut aliquid ab eo per alterationem patiatur: hic autem non quæcumq; actiua, & paſſiua ſumimus, ſed quæ media alteratione agunt, & patiuntur. 5 At neceſſe eſt ad inuicem actiua, & paſſiua elementa eſſe, vt commiſceri, & mutuam pati alterationem queant, eaque proinde requirunt principia, quibus ad mixtionem efficiendam agere, & pati poſſint. Quamobrem nec grauitas, nec leuitas elementorum formę conſtitutiuæ erunt. 6 Quoniam vero calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, quatenus ad mixtum producendum congrediuntur, illa quidem actiua ſunt, atque artificis rationem habent, hæc verò paſſiua, & materiæ vicem gerunt, manifeſtum eſt has dumtaxat qualitates tangibiles conſtitutiuas elementorum formas eſſe, ſi vt ipſam reſpiciunt mixtionem ſumantur. Clare autem patet calidum, & frigidum actiue ad mixtionem concurrere. 7 Nam id calidum eſt, quod ea congregat, quæ eiuſdem generis ſunt, nempe quę perſeuerāte caloris actione ſimilem cōſequi apta ſunt virtutem motiuam, raritatem, ac denſitatem. Dum enim attenuat,

3 Horum autem graue quidem, & leue, neq; actiua, neque paſſiua.

4 Non enim faciēdo aliquid alterum, neq; patiendo ab alio dicuntur.

5 Oportet autē actiua, & paſſiua ad inuicem eſſe elementa, miſcentur enim, & tranſmutantur in ſe inuicem.

6 Calidum autem, & frigidū, & ſiccum, & humidum, illa quidem quia actiua ſunt, hęc autem, quia paſſiua dicūtur.

7 Calidum enim eſt, quod cō gregat ea, quæ ſunt eiuſdem generis.

nuat, ac diſſoluit, leuiores partes tenuiori exiſtente medio ſuperiora petunt loca, ſimulq; vniuntur; grauiora autem infima, vt in cera cum medio liqueſcit calore apparet, fundum namq; petunt cōmixti lapilli, omneſque ſimul ſupernatant paleæ. [8] Etſi verò calidum, vt ignis etiam diſgreget, cum in cera paleas à lapillis ſeiungat, hoc tamen ideo præſtat, vt ea, quæ eiuſdem ſunt generis congreget, atq; ad hunc finem ea, quæ differunt genere ſecernit. [9] At frigidum id eſt, quod omnia æque vnit, & congregat, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi generis ſint. Dum enim condenſando agit craſſiori effecto medio propria haud loca petere leuiores, grauioreſq; partes queunt; omneſq; ſimul iunctæ manent. Ex quibus patet actiue ad mixtionem calidum, & frigidum concurrere.

Humidum vero, & ſiccum paſſiue in productione mixti ſe habere, quæ in mixtione ipſis competunt manifeſte declarant.

[1] Nam id humidum dicimus, [a] quod proprios haudquaquam terminos ſeruat, ſed eos facile ab actiuis in mixtione qualitatibus recipit. Vnumquodque enim mixtum ob aqueum humidum, quod potiſſimum ad mixtionem concurrit terminari facillime, ac figurari poteſt. [2] At ſiccum id eſt, quod pro-

8 Segregare enim quod inquiũt facere ignem, congregare eſt ea, quæ eiuſdem generis ſunt, cōtingit enim excipere aliena.

9 Frigidum autem quod coniungit, & cōgregat ſimiliter, & ea, quæ eiuſdem generis, & quę non eiuſdem generis.

Tex. 9.

1 Humidum autem quod interminabile proprio termino facile exiſtens terminabile alieno.

a *Auerroes 4. meteororum cap. 1.*

2 Siccum autem facile termi-

Digitized by Google

nabile proprio termino diffi culter autem alieno.

prium retinet terminum, & ob conſiſtentiam difficile terminos alienos recipere aptum eſt. In quocumq; enim mixto ob terreum præcipue ſiccum ſuſcepti ſeruantur, ac retinentur termini. Hæc autem munera in mixtione humidum, & ſiccum patiendo perficere nemo eſt, qui dubitet.

Nec vero exiſtimandum eſt aſſignatas alias qualitates principia elementorum conſtitutiua eſſe.

Tex. 10.
1 Tenue autem, & craſſum, & lubricum, & aridum, & durũ, & molle, & aliæ differentiæ ex his
a *S. Thomas.*

1 Nam tenue, & craſſum, lubricum, & aridum, durum, & molle, a & aliæ quas diximus, ac dicturi ſumus qualitates ab aſſignatis quatuor, vt poſteriores effectus à prioribus cauſis dependent, ab actiuis quidem, vt à cauſa efficiente, à paſſiuis autem, vt à cauſa materiali, cum ex actiuarum actione qualitatum in eas, quæ dicuntur paſſiuæ reſultent. Atque de tenui, & craſſo manifeſtum id eſt. 2 Etenim ea eſt humidi in mixto exiſtentis conditio, vt repletiuum maxime ſit, quandoquidem proprios non habet terminos, ſed eos facile ab extrinſeco ambiente ſuſcipere aptum eſt, atque ipſum vndique tangens ſequitur, eique maxime adhæret. 3 Tenue autem in mixto ſuapte natura repletiuum eſt, ſubtiles enim habet partes, atq; id facile ipſum replet continẽs cum totum id, quod continetur totum

2 Quoniam enim repletiuũ eſt ipſius humidi quia nõ eſt terminatum quidem, facile autem terminabile exiſtens, & quia ſequitur tangens,

3 tenue autem repletiuum ſubtilium enim partium, & quod paruarum partium repletiuum, totum enim totũ tangit, tenue autem maxime tale eſt,

con-

continens tangat, 4 quare manifeſtum tenue ex humido tamquam ex materia conſtare, eoque poſterius eſſe. Eodem modo & ad ſiccum in mixto reducitur craſſum, vt ratione ex cõtrario deducta ſenſu probari facillime poteſt.

4 manifeſtum eſt quod tenue quidem erit humidi, craſſum autem ſicci.

1 Præterea lubricum ab humido, vt à materia dependet, id enim humidum vocamus lubricum, quod aliquam mixtionem cum exiguo ſicco paſſum eſt, atque viſcoſum effectum, vt oleum, cera, & alia huiuſmodi.

Tex. 11.

1 Rurſus autem lubricum quidem humidi: lubricum enim humidũ aliquid paſſum eſt, velut oleum.

1 Aridum autem ad ſiccum, vt ad propriam materiam reducitur, id enim aridum eſt, quod perfecte ſiccum videtur, omnique ſenſibili deſtitutum humido, quo perfuſum erat, concretum eſt.

Tex. 12.

1 Aridum autem ſicci: aridũ enim eſt, quod perfecte ſiccum, adeo, vt & congelatum ſit propter defectionem propriæ humiditatis.

1 Porrò molle ex humido, durum autem ex ſicco tamquam ex materia prodit: etenim molle id eſt quod præmenti facile in ſeipſum cedit, 2 cuius haud ſuperficies rumpitur, ſed integra ſeruatur. 2 Atque ob hanc cauſam perfecte humidum molle non eſt, quoniam ſi comprimatur humidum in ſuperficie ſcinditur. 3 Verum etſi molle perfecte humidum non ſit, cum aliquam ſicci commixtionem admittat, à prædominio tamen humidum eſt, & ob incluſam humiditatem dicitur molle. 4 At durum ſicci effectus eſt, id enim

Tex. 13.

1 Amplius molle quidem humidi, durum autẽ ſicci: molle enim quod cedit in ſeipſum, & non tranſmutatur.

2 *Philoponus.*

2 quod quidem facit humidum, & ideo non eſt humidum molle.

3 ſed molle humidi.

4 Durũ autem ſicci: durum enim eſt quod congelatũ eſt,

Digitized by Google

6 congelatum autem ſiccum eſt.

Tex. 14.

1 Dicuntur autem ſiccum, & humidum multifariam.

2 Opponitur enim ſicco, & humidum, & vdum,

3 & rurſus humido, & ſiccũ, & congelatum.

4 Omnia autem hæc ſunt ſicci, & humidi primorum dictorum.

5 Quoniam enim vdo opponitur ſiccum, & vdum quidẽ eſt, quod habet alienã humiditatem ſuperficie tenus,

6 irrigatum autem, quod in profundo,

7 ſiccum autem priuatur hac,

8 palam eſt, quod vdum quidem erit humidi, oppoſitum autem ſiccum primi ſicci.

Tex. 15.

1 Rurſus autem humidum, & congelatum ſimiliter: hu-

vocamus durum, quod præmenti haud cedit, 5 concretumque eſt, omne autem concretum ex neceſſitate ſiccum exiſtit.

1 At verò humidum, & ſiccum multipliciter dicuntur; id enim abſq; dubio multiplex eſt, cui plura opponuntur, quemadmodum graue, cui & leue, & acutum opponitur. 2 At ſicco opponitur humidum iam definitũ, & vdum, ſeù madefactum in ſuperficie, 3 humido autẽ tum perfectum opponitur ſiccum, tum id, quod concretum eſt, ergo tam humidum, quam ſiccum multipliciter dicuntur. 4 Certum autem eſt omnia ſicca, & omnia humida ad primum humidum, & primum ſiccum antea definitą reduci. 5 Et primo quidem humidum pro vdo vſurpatur, quod alienam in ſuperficie humiditatem habet, vt lapis aſperſus aqua humidus dicitur: huic autem humido opponitur ſiccum, quòd talis priuationẽ humiditatis inuoluit. 6 Præterea humidum pro irrigato ſumitur, quod alienam, & in ſuperficie, & in profundo humiditatem continet, vt lutum. 7 Atq; huic humido opponitur ſiccum, quod tali humiditate caret. 8 Quare manifeſtum eſt, & vdum, & irrigatum à primo humido, & ea, quæ opponuntur ſicca à primo ſicco dependere.

1 Idem & de alio quoq; humido, & con-

concreto iudicium eſt. 1 Id enim humidum dicimus, quod propriam in profundo humiditatem habet, quæ vi caloris in lucem educta ſit, vt in liquefactis metallis apparet; 2 id verò concretum vocamus, quod propriam in profundo humiditatem abſconditam habet, vt in concretis metallis patet, quæ apta ſunt liqueſcere ob latentis eductionem humiditatis. 3 Ex quibus patet hoc humidum, & hoc ſiccum eſſe qualitates, quę à primo humido, & primo ſicco proueniunt. 4 Ex his manifeſtum eſt ad quatuor aſſignatas qualitates actiuas, & paſſiuas, omnes alias qualitates reduci, & ab ijs tamquam à prioribus cauſis dependere. 5 Nec verò arbitrandum eſt harum qualitatum numerum ad minorem adhuc redigi poſſe, ita vt ex his duæ ad alias duas reducantur. 6 Neque enim ad calidum refertur humidū, aut ſiccum, frigida cum ſint aqua, & terra, 7 nec calidum, aut frigidum ad humidum, quoniam ſiccus eſt ignis, ac terra, 8 nec frigidum ad ſiccum, aut ſiccum ad frigidum, cum ſiccus videatur ignis, humida verò aqua; 9 nec calidum ad ſiccum, aut ad frigidum redigitur humidum, propterea quod aer calidus, & humidus exiſtat. 10 Quapropter neceſſe eſt has omnes quatuor primas qualitates dici, eaſquę dignas eſſe, quæ ele-

mentorum

midum enim eſt, quod habet propriam humiditatem in profundo;

2 congelatum autem priuatum hac.

3 Quapropter, & horum erit, hoc quidem ſicci, illud autē humidi.

4 Manifeſtum eſt igitur, quod omnes aliæ differentiæ reducuntur ad primas quatuor;

5 Hæ autem non amplius in minores;

6 neq; enim calidum, quod humidum, vel quod ſiccum

7 neque humidum quod calidum, aut quod frigidum.

8 nec frigidum, & ſiccum, nec ſub inuicem,

9 nec ſub calido, & humido ſunt.

10 Quapropter neceſſe eſt quatuor eſſe has.

Digitized by Google

mentorum formæ, ac principia ſint, quatenus ad mixtorum conſtitutionem corporum diriguntur. Eas enim ex ſenſibilibus, ac tangibilibus qualitatibus elementorum principia ſtatuere conſentaneum videtur, quæ omnium primæ ſint, & ad quas omnes aliæ reducantur.

His de primarum numero qualitatum, quæ elementorum formæ, ac principia ſunt, determinatis, quotnam rerum elementa ſtatuere oporteat, ex harum combinatione qualitatum inueſtigare neceſſe eſt.

1 Quoniam igitur quatuor ſunt primæ qualitates, quibus corpora ſimplicia mixtorum elementa fiunt, harum autem combinationes qualitatum ſex tantummodo poſſibiles ſunt, 2 atque oppoſitæ coniungi qualitates, propriũque ſeruare actum, & perfectionem ſimul exiſtentes nequeunt, non enim calidum cum frigido, aut humidum cum ſicco eſſe, ac iungi poteſt: 3 quatuor ex neceſſitate primarum combinationes qualitatum erunt, calidi, & ſicci, calidi, & humidi, frigidi, & ſicci, humidi, & frigidi. 4 Quamobrem iure optimo [a] quatuor ſimplicia erunt corpora, quæ in rerum mixtione apparent ignis, aer, aqua, & terra primarum quatuor combinationum qualitatum nacta.

Ignis

Tex. 16.

1 Quoniam autem quatuor elementa ſunt, ipſorum autẽ quatuor ſex coniugationes,

2 contraria autem non nata ſunt coniungi, calidũ enim, & frigidum eſſe idem, & rurſus humidum, & ſiccum impoſſibile eſt,

3 manifeſtum eſt quod quatuor erunt elementorũ coniugationes calidi, & ſicci calidi, & humidi, & rurſus frigidi, & ſicci, & humidi, & frigidi.

4 Et ſecuta ſunt ſecundum rationem ſimplicia apparentia corpora, & ignem, & aerem, & aquam, & terram.

a *S. Thomas.*

5 Ignis enim calidus, & ſiccus eſt, aer calidus, & humidus, cum ex genito vi caloris vapore prodeat, aqua frigida, & humida, terra autem frigida, & ſicca; 6 vt cum aliqua ratione ſingulis corporibus primis diſtribuantur formæ, ac principia, ſicq; rationi eorum conſentiat numerus.

Sed quaternarium elementorum numerum haud excedi, & oppoſitis eſſe diſtincta qualitatibus elemēta, veterum auctoritate confirmari poteſt.

1 Omnes enim, qui ſimplicia corpora eſſe rerum elementa dicunt, alij quidem vnum, alij duo, alij tria, alij quatuor inuehunt elementa. 2 Quicumque igitur vnum dumtaxat aſſerunt elementum, atq; ex eo condenſato, ac rarefacto gigni omnia cenſent, duo rerum actiua ſtatuunt principia, rarum, & denſum, aut calidum, & frigidum. 3 Hæc enim ſuapte natura agūt, atq; ijs vnum veluti materia ſupponitur elementum.

1 Qui autē duo elementa eſſe aiunt, quemadmodum Parmenides ignem, & terram, quæ interiacent aerem, & aquā ex horum effici mixtione raritate, ac denſitate media inquiunt.

1 Eodem modo, & qui tria eſſe rerum affirmant principia, vt Plato in Sophiſta, medium quoddam aſſerunt elementum ex duorum mixtione genitum.

5 Ignis enim calidus, & ſiccus eſt, aer autem calidus, & humid⁹, velut euaporatio enim aer, aqua autem frigida, & humida, terra autem frigida, & ſicca;

6 vt rationabiliter diſtribuantur differentiæ primis corporibus, & multitudo eorum ſit ſecundum rationem.

Tex. 17.

1 Omnes enim qui ſimplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi autem duo hi autem tria, hi autem quatuor faciunt.

2 Quicumq; igitur vnum ſolum dicunt eſſe, deinde denſitate, & raritate alia generant, his contingit duo facere principia, & rarum, & denſum, aut calidum, & frigidū.

3 Hæc enim, quæ operantur, vnum ſupponitur quemadmodum materia.

Tex. 18.

1 Qui autem mox duo faciūt, vt Parmenides ignem, & terram, intermedia mixturas faciunt horum, vt aerem, & aquam.

Tex. 19.

1 Similiter autem, & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuiſionibus, medium enim mixturam facit.

2 Et fere eadem dicunt, & qui duo, & qui tria dicunt,

3 præterquā quod hi quidem in duo diuidunt medium,

tum. 2 Atq; in eo conſentiunt, qui duo, & qui tria ſtatuunt elementa, quod ex principiorum commixtione effici medium putant; 3 Differunt verò, quod hi quidem medium eſſe duplex aiunt, idq; inter principia minime collocant, hi autem vnum tantummodo inuehunt medium, atq; rerum materiale principium eſſe dicunt. 4 At quidam, vt Empedocles eſſe quatuor elementa cenſent, hæc autem in duo redigunt, nam igni calido tria alia elementa frigida opponunt.

4 hi autem vnum ſolum faciunt. Quidam autem, & mox quatuor dicunt vt Empedocles, congregat autē hęc in duo, igni enim omnia alia opponit.

Obijcies primo, ignis hic inferior, & glacies ob caloris, & frigoris exceſſum iure dici elementa debent. At quo modo fieri id poteſt, ſi ob eundem qualitatum exceſſum, ex ijs nihil gigni aptum eſt?

Tex. 20.

1 Non eſt autem ignis, & aer, & vnumquodq; prædictorū ſimplex, ſed mixtum.

1 Reſpondeo ignem, & aerem, aliaq; noſtris obuia ſenſibus corpora, nec ſimplicia, nec vere elementa eſſe, ſed mixta, atque impura, cum exceſſum, quem in eorum qualitatibus cernimus, non ratione graduum, ſed in operando ſolum ob materiæ denſitatem obtineant. 2 Atq; ſimplicia quidē corpora, & elementa his ſecundum propriam ſubſtantiam accepta ſimilia ſunt, non tamen prorſus eadem, haudquaquam debitis, ac naturalibus affecta qualitatibus. 3 Quare inferior hic noſter ignis quāquā

2 Simplicia autem talia quidem ſunt, non tamen eadē.

3 vt quod ſimile igni eſt, igneum, non ignis, & quod aeri, aereum, ſimiliter autem, & in alijs.

ſimilis

Digitized by Google

ſimilis puro exiſtat igni, haud ignis, ſed igneum quid potius dicitur, & id, quod puro aſſimilatur aeri, quid aereum vocatur, idemq; & in alijs contingit.

[1] Etenim ignis, quem hic tractamus, exceſſus caloris eſt, quemadmodum, & glacies frigoris. [2] Exarſio namq; inferiori huic igni competens, & congelatio glaciei propria quidam in operãdo exceſſus videntur, illa quidem caloris, hæc autem frigoris. [3] Quamobrem ſi glacies humidi, & frigidi cõgelatio eſt, ignis verò calidi, & ſicci exarſio, neq; ex igne, neq; ex glacie gigni quicquam poterit. Ex quibus manifeſtum eſt, etſi glacies, & inferior hic ignis qualitatum in operando exceſſum obtineant, ſimplicia tamen haud corpora, vereque elementa eſſe, quibus excellentes dumtaxat ob gradus ſuapte natura qualitates inſunt.

Obijcies ſecundo, aerem quandoq; ſentimus frigidum, & quandoq; etiam ſiccum, cum & ab eo refrigerentur corpora, & exſiccentur, id ergo falſum videtur, quod ſupra dictũ eſt aerem ſuapte natura humidum, & calidum eſſe.

[1] Reſpondeo quatuor cum ſint corpora ſimplicia, & elementa ſingulis duobus vnicam differentiam loci competere. [2] Etenim ignis, & aer in eo, qui ſurſum exiſtit, loco inſunt, [3] terra autem,

Tex. 21.

1 Ignis autem eſt ſuperabundantia caliditatis, quemadmodum, & glacies frigiditatis:

2 Congelatio enim, & exarſio ſuperabundantiæ quædam ſunt, illa quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis.

3 Si igitur glacies eſt congelatio humidi, & frigidi, & ignis erit exarſio calidi, & ſicci, ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.

Tex. 22.

1 Exiſtentibus autem quatuor ſimplicibus corporibus vtriſque duorum vtriuſque locorum eſt:

2 Ignis enim, & aer, eius, qui ad terminum fertur:

3 terra autem, & aqua eius, qui ad medium.

Digitized by Google

tem, & aqua in eo, qui deorſum, reſidet. 4 Atque extrema quidem elementa vt ignis, & terra ſincera magis, ac pura ſunt, 5 media verò, vt aer, & aqua minus pura, ideoq; mixta potius, quam ſimplicia ſunt, proprijs, ac naturalibus haud penitus affecta qualitatibus. 6 Vtraq; autem elementa vtriſque opponi videtur. 7 Igni enim opponitur aqua, aeri terra, propterea quod oppoſitis hæc ſint qualitatibus prædita elementa. Quamobrem mirum non erit, ſi aer in medio extremorum, atq; oppoſitorum elementorum exiſtens aquæ frigiditate, ignisq; ſiccitate afficiatur, & & ab eo ſtatu deficiat, in quo ipſum conſtitutum ſuperius conſiderauimus.

4 Et extrema quidem, & ſincera ignis, & terra,

5 media autem, & mixta magis aqua, & aer.

6 Et vtraq; vtriſque cõtraria; 7 Igni enim cõtraria aqua, aeri autem terra, hæc enim ex contrarijs paſſionibus conſtituta ſunt.

Obijcies tertio, ſi qualitates elementorum formæ, ac principia ſunt, quomodo cuilibet elemento duas tribuimus qualitates? aut quomodo pluribus eandem elementis conceſſimus qualitatem? etenim ignem, & aerem calidum, terram, & aquam frigidam eſſe diximus.

1 Reſpondeo, cum elementa quatuor ſint in vnoquoq; elemento magis præcipuam vnam, magiſq; illius naturę affinem, atque intimiorem eſſe qualitatem, quam alteram, ſi in ordine ad mixtionem efficiendã cõſiderentur. 2 Terra namque ſicci magis, quam frigidi eſt, difficul-

Tex. 23.

1 Sed tamen ſimpliciter quatuor exiſtentia vnius vnumquodq; eſt:

2 Terra enim ſicci magis, quã frigidi, aqua autem frigidi magis, quam humidi, aer au-

difficultatem recipiendi ob alio termi- nos maxime obtinens, aqua frigidi ma- gis, quàm humidi, inſignem refrigeren- di vim habens, aer magis humidi, quã calidi, ſummam recipiendi ab alio ter- minos facilitatem nactus, ignis autem calidi magis, quam ſicci, vi calefacien- di, attenuandiq; maxime prædìtus.

[1] His de numero elementorum de- terminatis, quoniam in ſuperioribus li- bris definitum eſt corpora ſimplicia, & elementa ex ſe inuicem gigni, ac muta- ri apta eſſe, quemadmodum, & ipſa experiẽtia docet,[2] (neque enim altera- tio eſſet,[*] quæ ad tangibiles qualita- tes pertinet, itàque diſſipat eàs, vt de- ſtrui ſubſtantiam proprijs denudatam formis, ac interire neceſſe ſit) [3] id omnino inquirendum videtur quo- modo inuicem tranſmutentur elemen- ta, & vtrum quoduis gigni ex quouis poſſit, an verò id quidem alijs compe- tat, alijs autem non.[4] Et ſanè tranſ- mutari omnia viciſſim elementa poſ- ſe manifeſtum eſt.[5] Nam omnis gene- ratio ex contrarijs in contraria fit, at elementa omnia inter ſe contrarieta- tem habent, cum eorum conſtitutiuæ differentiæ contrariæ ſint, omnia igi- tur elementa ex ſe inuicem gigni, ac mutari apta ſunt. Minor patet,[6] quæ- dam enim elementa contrarias ambas

tem humidi magis, quam ca- lidi, ignis autem calidi ma- gis, quam ſicci.

Tex. 24.

1 Quoniam autem determi- natum eſt prius quod ſimpli- cibus corporibus eſt ex ſe in- uicem generatio, ſimul autẽ, & ſecundum ſenſum viden- tur generata,

2 non enim eſſet alteratio, ſe- cundum enim ipſius tactus paſſiones alteratio eſt.

a Philoponus.

3 dicendum eſt quis modus ad inuicem tranſmutationis, & vtrum omne ex omni ge- nerari poſſibile ſit, an hæc quidem poſſibile, hæc autem impoſſibile.

4 Quod igitur omnia nata ſint ad inuicem tranſmutari manifeſtum eſt.

5 Generatio enim in contra- ria, & ex contrarijs, elemen- ta autem omnia habent con- trarietatem ad inuicẽm, quia differentiæ ſunt contrariæ.

6 His enim ambæ contrariæ, vt igni, & aquæ, illud enim ſiccum, & calidum, hoc autẽ frigidum, & humidum.

Digitized by Google

obtinent qualitates, quemadmodum ignis, & aqua; propterea quod ſiccus, & calidus ignis, humida verò; & frigida exiſtat aqua; 7 quædam autem alteram dumtaxat contrariam qualitatem habent, vt aer, & aqua, etenim aer calidus, & humidus eſt, aqua vero frigida, & humida, idemque, & in alijs elementis accidit. 8 Quapropter manifeſtum in vniuerſum eſt, quoduis elementum ex quouis gigni, ac fieri poſſe. 9 Iam quo pacto ex omnibus omnia fiant ſingillatim percipere haudquaquam difficile erit.

7 illis autem alterà ſolum vt aeri, & aquæ, illud enim calidum, & humidum, hoc autem frigidum, & humidum.

8 Quapropter vniuerſaliter quidē manifeſtum eſt, quod omne ex omni generari aptū eſt.

9 Iam autem ſecūdum vnum quodque non difficile eſt videre quomodo qu idem omnia ex omnibus erunt.

Tex. 25.

1 Differt autem ipſo citius, & tardius, & facilius, & difficilius.

2 Quæcumq; enim habent cognationem ad inuicem, velox horum tranſmutatio eſt,

3 quæcumque autem non habent, tarda;

4 quia facilius eſt vnum, quā multa tranſmutare.

1 Aduertendum autem eſt, cum ex vnico elemento vnius generatio fit, quandoq; facilem, & celerem generationem, quandoque verò difficilem, ac tardam accidere. 2 Quæcumque igitur elementa ſymbola ſunt, eandemque ſpecie qualitatem habent, celerius, ac facilius ad inuicem tranſmutantur, 3 quæcumque verò dyſſimbola exiſtunt, ambaſque ſpecie diſtinctas qualitates obtinent, difficiliorem, ac tardiorem mutationem patiuntur. Manifeſta ratio eſt; 4 nam facilius eſt ſuperare vnum, quam duo, at cum ſymbola tranſmutantur elementa; vnica dumtaxat qualitas expugnanda eſt, duæ autem ſuperandæ qualitates ſunt, cum in dyſſimbolis tranſmutatio elementis fit, er-

go

go facilior, ac celerior mutatio eſt, quæ inter elementa ſymbola, quam quæ inter dyſſimbola contingit. Hæc ratio eo innititur fundamento, [a] quod maior inter elementa ſymbola ob vnius ſimilitudinem qualitatis proportio, & ſympathia eſt, quam inter dyſſimbola, quæ ambas diſſimiles qualitates obtinent. Sic enim ob ſympathiam minus elementa ſymbola reſiſtunt, minuſque pugnant, & facilius proinde, ac celerius tranſmutantur, dyſſimbola verò ob antypathiam reſiſtunt magis, magiſq; pugnant, & difficiliorem, tardioremque mutationem reddunt. Hæc in ipſis elementis patent. [5] Nam ex igne quidem fit aer altera dumtaxat qualitate mutata, ignis enim calidus, & ſiccus, aer autē calidus, & humidus eſt. [6] Quare ſi in igne exiſtens ſiccum ab aeris humido corrumpatur, calido iuncto humido fiet aer. [10] Rurſus ex aere gignetur aqua, ſi ab aquę frigido aeris deſtruetur calidum, aer enim calidus, & humidus eſt, aqua verò frigida, & humida. [8] Quare tranſmutato dumtaxat calido exiſtet aqua. [9] Eodem modo ex aqua fit terra atq; ex terra ignis, hæc enim ambo elementa in eadem conueniunt qualitate, cum frigida, & humida ſit aqua, terra autem frigida, & ſicca. [10] Quare expugnato aquæ humido interibit aqua,

atque

a S.Thomas.

5 Vt ex igne quidem erit āer, altero trāſmutato, illud enim erat calidum, & ſiccum, hoc autem calidum & humidū.

6 Quapropter ſi vincatur ſiccum ab humido erit aer.

7 Rurſus autem ex aere aqua erit ſi vincatur calidum à frigido, illud enim erat calidū, & humidum, hoc autem frigidum, & humidum.

8 Quapropter transmutato calido erit aqua

9 Eodem quoq; modo ex aqua, terra, & ex terra ignis, habent enim ambo a J ambo cognationem, aqua enim humidum, & frigidum, terra autē, frigidum, & ſiccum

10 Quapropter victo humido terra erit.

Digitized by Google

11 Et rurſus quoniã ignis quidem ſiccus, & calidus, terra autem frigida, & ſicca, ſi corrumpetur frigidum ignis erit ex terra.

12 Quapropter manifeſtũ eſt, quod circularis erit generatio in ſimplicibus corporib. & facillimus hic modus tranſmutationis, quia cognatio exiſtit in ijs, quæ conſequenter.

Tex. 26.

1 Ex igne quoque aquam & ex aere terram, & rurſus ex aqua, & terra, aerem & ignẽ contingit quidem generari, difficilius autem quia pluriũ eſt tranſmutatio.

2 Neceſſe enim eſt, ſi erit ex aqua ignis, corruptum eſſe, & frigidum, & humidum.

3 Et rurſus ſi ex terra aer, corruptum eſſe, & frigidum & ſiccum.

4 Similiter autem ſi ex igne & aere aqua, & terra neceſſe eſt ambo tranſmutari.

5 Hæc igitur tardior generatio eſt.

Tex. 27.

1 Si autem vniuſcuiuſq; alterum corruptum fuerit, facilis quidem erit, non autem in ſe inuicem tranſitus.

atque terra fiet. 11 Item quia calidus, & ſiccus ignis eſt, frigida vero, & ſicca terra, ipſius corrupto frigido, ex terra exiſtet ignis. 12 Quamobrem manifeſtum eſt, cum ex quouis elemento gignatur quoduis, circularem eſſe ſimplicium generationem corporum, huncq; tranſmutationis modum facillimũ contingere ob ſympathiam, & conuenientiam, qua in circulum diſpoſita elementa ſeſe mutuo reſpiciunt.

1 At elementa, quæ omnes oppoſitas qualitates obtinent, difficiliorem, tardioremque mutationem ſubeunt, vt cum ex igne fit aqua, ex aere terra, & rurſus ex aqua, & terra ignem, & aerẽ gigni accidit. Tum enim plures ſunt expugnandæ qualitates, quæ maiorem efficiunt reſiſtentiam ob antipathiam, & contrarietatem, qua pugnantia viciſſim opponuntur elementa. 2 Sic igitur ſi ex aqua fiat ignis, & frigidum, & humidum corrumpi neceſſe eſt; 3 itemque ſi ex terra gignatur aer, & frigidum, & ſiccum deſtrui oportet. 4 Eodem modo ſi ex igne, & aere aqua, & terra fiant, ambas quoque diſſipari qualitates accidit. 5 Quare difficilior, ac tardior efficitur mutatio.

1 Verum cum dyſſimbola inter ſe elementa pugnant, atque altera in ambobus interit qualitas, facilis quidem

tranſmu-

Digitized by Google

tranſmutatio accidit, ſed nullum in ea ex pugnantibus elementis in aliud tranſit. 2 Quare tertium quoddam elementum gignitur, & ex ignis quidem, & aquæ mutuo congreſſu, terra, aut aer, ex aeris verò, ac terræ certamine ignis, aut aqua reſultat. 3 Cum enim aquæ frigidum, & ſiccum ignis intereunt, ex humido aquæ, & ignis relicto calido neceſſario prodit aer, qui ſuapte natura calidus, & humidus eſt. 4 Cum vero ignis calidum, & aquæ deſtruitur humidum, remanente ſicco ignis, & aquæ frigido oritur terra, quæ frigida, & ſicca eſt. 5 Eodem modo ex aere, & terra, ignis, & aqua fiunt. 6 Cum enim aeris calidum, & terræ fuerit corruptum ſiccum gignitur aqua, propterea quod aeris humidum, ac terræ permaneat frigidum. 7 Cum autem aeris humidum, terræque interierit frigidum, oritur ignis, quandoquidem aeris calidum, ac terræ ſiccum maneant, quæ propriæ ignis competunt naturæ.

1 Atque hæc ignis generatio præter quamquod eam teſtantur omnes, vel ipſa experientia in ijs, quæ comburuntur, lignis patet. 2 Etenim flamma, quæ ex eorum combuſtione emergit, maxime ignis eſt, hæc autem accenſus, exardenſque videtur fumus, atque ex

terra,

2 Sed ex igne quidē, & aqua erit terra, & aer. ex aere vero, & terra ignis, & aqua.

3 Quando enim aquæ corruptum fuerit frigidum, ignis autem ſiccum, erit aer, relinquitur enim huius quidē calidum, illius autem humidū.

4 Quando autem ignis quidē calidum, aquæ autem humidum, terra, quia relinquitur illius quidem ſiccum, huius autem frigidum.

5 Similiter autem, & ex aere, & terra ignis, & aqua.

6 Quando autem aeris corruptum fuerit calidū, terræ autem ſiccum, aqua erit. relinquitur enim illius quidē humidum, huius autē frigidum.

7 Quando enim aeris humidum, terræ autem frigidum, ignis, quia relinquitur illius quidem calidum huius autē ſiccum, quæ quidem erant ignis.

Tex. 28.

1 Confeſſa autem, & ſenſui ignis generatio.

2 Maxime enim ignis, & flamma, hæc autem eſt fumus ardens, fumus autem ex aere, & terra.

Digitized by Google

terra, & aere prodit fumus, cum huius quidem humidum, illius verò deſtruetur frigidum. Ex quibus manifeſtum eſt quomodo ex duobus vnicum gignatur elementum, ſi haud quidem eleméta, vt actu in hac rerum vniuerſitate exiſtunt, ſed vt propriam obtinent naturam abſtracte conſideremus.

Tex. 29.

1 In ijs autem quæ conſequẽter ſunt, non contingit, corrupto in vtroq; altero elementorum factum eſſe tranſitum in vllum corporum,

1 At verò in his elementis, quæ deinceps ſunt poſita in vniuerſo, eandemque ſpecie qualitatem obtinent, ea minime tranſmutatio contingit, qua ex duobus elementis altera in vtroque deſinente qualitate quoddam aliud tertium gignitur elementum. 2 Etenim quæ tranſacta pugna in ambobus elementis remanent qualitates, aut eædem ſunt, aut oppoſitæ: 3 at ex his qualitatibus oriri elementum nequit; ergo ex mutuo inter ſymbola elementa congreſſu tertium haudquaquam elementum gigni poteſt. 4 Minor patet, quia ſi ignis corrupto ſicco, aeriſque deſinente humido in ambobus elementis relinquitur calidum, nullum profecto reſultabit elementum, quod binas ſuapte natura ſibi qualitates vendicat. 5 Si verò in vtriſque exiſtens elementis calidum intereat, oppoſitæ remanebunt qualitates humidum, & ſiccum, ex quibus vlla effici temperies nequit ad elementi conſtitutionem requiſi-

2 quia relinquuntur in ambobus aut eædem, aut contraria.

3 Ex neutro autem contingit generari corpus,

4 vt ſi ignis quidem corruptũ fuerit ſiccum, aeris autem humidum, relinquitur in ambobus calidum.

5 Si autem ex vtroq; calidũ, relinquuntur contraria ſiccum, & humidum.

quiſita. [6] Idem & in ſymbolis alijs elementis contingit; quādoquidem in his, quæ ſeſe deinceps ſequuntur eadem ſpecie ineſt qualitas, altera autem oppoſita. [7] Quamobrem manifeſtum eſt quæ in ſe inuicem tranſmutantur elementa, altera dumtaxat deſinente qualitate gigni, quæ verò ex duobus pugnantibus emergunt, binis intereuntibus qualitatibus gigni.

[1] Ex his igitur, quæ dicta ſunt, quoduis elementum ex quouis gigni, & quo pacto id accidit clariſſime patet.

[1] Sed vt mutuæ permutationis elementorum veritas lucidior, magiſque conſtans appareat, [a] quænam ijs ſubijciatur materia iterum ſpeculandum eſt. [2] Quidam igitur aquam, aut aerem, aut aliud quidpiam ex elementis eorum mutationi ſubſterni aiunt. Hoc autem ſi verum eſt, aut horum vnum eſſe materiam oportet, aut duo, aut plura. [3] Vnum itaque ex elementis, vt aerem, aut aquam, aut ignem, aut terram communem omnium materiam eſſe impoſſibile eſt. [4] Nam ſi aer actu exiſtens, & immutabilis, vt propria inſit materia, potius alteratio, quàm generatio in elementis facta mutatio erit in contraria enim hæc mutatio tendit, atque in actu exiſtente ſubiecto fit. [5] Præterea ignis, aer, & aqua differunt,

V diſtin-

6 Similiter autem, & in alijs, in omnibus enim ijs, quę per conſequētiam, ineſt hoc quidem idem, illud autem contrarium.

7 Quapropter ſimul manifeſtum eſt quod quę ex vno in vnum tranſeunt, vno corrupto generantur, quæ autē ex duobus in vnum, pluribus.

Tex. 30.

1 Quod ergo omnia ex omni generantur, & quando ad inuicem tranſitus fit, dictū eſt.

Tex 31.

1 Sed tamen adhuc, & ſic conſiderabimus de eis.

a *S. Thomas.*

2 Si enim eſt naturalium corporum materia, vt etiam videtur quibuſdam aqua, & aer, & quæ talia ſunt, neceſſe eſt, aut vnum eſſe, aut duo hæc, aut plura.

3 Vnum itaq; omnia eſſe nō eſt poſſibile, vt aerem omnia aut aquam, aut ignem, aut terram, ſiquidem tranſmutatio in contraria.

4 Si enim erit aer, ſiquidem permanet, alteratio erit, ſed non generatio.

5 Simul autem, neq; ita videtur, vt aqua ſit ſimul, & aer, aut aliud quodcunq;

Digitized by Google

6 Erit igitur aliquā contrarietas,& differentia, cuius habebit aliquam alteram particulam ignis,vt caliditatem.

7 Sed tamē nec ignis erit aer calidus.

8 Alteratio enim tale,& non videtur.

9 Similiter autem rurſus,ſi erit aer ex igne calido,in contrarium tranſmutatio erit.

10 Inerit igitur aeri hoc, & aer erit frigidum aliquid.

11 Quapropter impoſſibile eſt ignem aerem calidum eſſe, ſimul enim idem calidum,& frigidum erit.

12 Aliud aliquid igitur,præter ambo,idem erit,& aliqua alia materia communis.

diſtinctamque habent naturam, [6] quare aliquam oportet eſſe contrarietatem, & differentiam, penes quam eorum ſumatur diſtinctio, atque huius quidem contrarietatis alteram partem vnum poſſidebit elementum, alteram autem aliud, vt ſi contrarietas ſit calidi, & frigidi inerit igni calidum, frigidum autem aeri. Cum ergo inter hæc tranſmutatio elementa fit, permanente aere, ipſius quoque permanet frigidum, ſed facta in ignem mutatione, & ipſius ineſſe calidum oportet, ergo ſimul contraria ſunt calidum, & frigidum; quod tamen abſurdum, & impoſſibile eſt. [7] Nec vero dicendum eſt tum ex aere fieri ignem, cum idem exiſtens aer calidus fit. [8] Ignis enim generatio alteratio eſſet, in accidentibus dumtaxat mutatione facta: at id aſſerere inconueniens eſt. [9] Eodem modo ſi ex igne calido fiat aer, in contrarium tranſmutatio erit, [10] quamobrem aeri contrarium inerit, & frigidum quid aer ex neceſſitate erit. [11] Non igitur fieri poteſt, vt ex aere facto calido exiſtat ignis proprium enim, ac naturale frigus ſeruabit ignis, ſicque oppoſita ſimul inerunt calidum, & frigidum. [12] Ex quibus manifeſtum eſt quid aliud ſubiectū idem exiſtens elementorum tranſmutationi ſubijci, atque aliam rebus omnibus

bus materiam ſubſterni, quæ cum omnia poteſtate ſit, in ea tranſmutari ſuapte natura queat. 13 Eadem verò, quæ aerẽ elementum rerum non eſſe probat ratio, & nullum quoq; ex alijs elementis eſſe materiam, ex qua omnia fiant, neceſſario conuincit.

11 Eadem autem eſt ratio de omnibus, quod non eſt vnũ horum, ex quo omnia.

1 Verum & id falſum omnino eſt rerum materiam aliud quippiam eſſe corpus ab elementis ſeiunctum, veluti quoddam inter aerem, & aquam, aut aerem, & ignem medium, his quidem craſſius, illis verò tenuius exiſtens. 2 Nam ſi medium ſit corpus inter aerem, & ignem, ex neceſſitate aer, aut ignis erit, cum proprijs, ac naturalibus eorum affectionibus, atque ſi nec aer, nec ignis eſt, proprio ignis calido, proprioque aeris humido deſtitutum erit. 3 At cui priuatio alicuius ineſt, & oppoſitum quoque ineſt, cui alligata ſit priuatio, ergo frigidum, & ſiccum medio inerunt corpori, ipſumque terræ elementum conſtituent. 4 Quare nullum inter elementa medium videtur corpus infinitum, omniaque continens, ſed aut vnum ex elementis eſt, aut fictitium quid abſque vlla ratione temere confictum.

Tex. 32.

1 Sed neq; aliud aliquid præter hæc, velut medium aliquod aeris, & aquæ, vel aeris, & ignis his autem craſſius, illis autem tenuius.

2 Erit enim illud aer, & ignis cum contrarietate.

3 Sed priuatio alterum contrariorum.

4 Quapropter non contingit illud ſolum eſſe vnquam vt inquiunt quidã, infinitum, & continens, ſimiliter igitur quodcumq; horum aut nullum.

1 Ex quibus manifeſtum eſt, ſi nullum ſenſibile corpus ab elementis ſeiunctum exiſtit, ea dumtaxat corporea,

Tex. 33.

1 Si igitur nullum eſt ſenſibile prius his, hæc vtiq; erunt omnia.

2 Neceſſe eſt igitur, aut ſemper manentia, & immutabilia inuicem, aut quæ mutentur, & aut omnia,

3 aut hæc quidem, hæc autẽ non, vt in Timeo Plato ſcripſit.

Tex. 34.

1 Quod igitur tranſmutari inuicem neceſſe eſt, demõſtratum eſt prius, & quod nõ ſimiliter celeriter aliud ex alio dictum eſt prius, quoniam habentia quidem cognationẽ, citius generantur ex ſe inuicem, non habentia autem tardius.

2 Si igitur cõtrarietas vna eſt, ſecundum quam tranſmutatur neceſſe eſt duo eſſe.

3 Materia enim medium eſt inſenſibilis, & inſeparabilis exiſtens.

4 Quoniam autem plura videntur eſſe, duæ vtique erũt quæ minimæ.

5 Duabus autem exiſtẽtibus, non poſſibile eſt tria eſſe, ſed quatuor quemadmodum videtur.

6 Tot enim coniugationes erunt.

7 Sex enim exiſtentibus duas impoſſibile eſt generari,

& ſimplicia elementa eſſe, quæ ſuperius ſtatuta fuerunt. 2 Quare, aut ea ſemper manere, atque immutabilia eſſe oportebit, quemadmodum aſſeruit Empedocles, aut omnia viciſſim permutari apta eſſe, vt certa perſuadet ratio, 3 aut mutabilia quædam eſſe, quædam verò immutabilia, vt Plato in Timeo docuit.

1 Omnia igitur inuicem tranſmutari elementa oportere demonſtratum prius eſt, atque etiam haud æque celeriter ex alio naſci aliud, quoniam quæ communem ſunt nacta qualitatem, celerius ex ſeſe mutuo oriantur, quæ verò nacta non ſunt, tardius. 2 Ergo ſi vna tantum contrarietas ſit, per quam mutationem ſubeant, duo ſint elementa neceſſe eſt. 3 Etenim materia prima, quæ ſingulis ſubeſt formis, & ex ſe pura potentia eſt, elementorum haudquaquam auget numerum, ſed inſenſibilis, & ab ipſis contrarijs inſeparabilis exiſtit. 4 At quoniam plura videntur eſſe elementa, duæ vtique ad minimum contrarietates erunt. 5 Duæ autem cum ſint contrarietates, tria dumtaxat elementa eſſe impoſſibile eſt, ſed quatuor ex neceſſitate eſſe oportet. 6 Tot enim primarum combinationes qualitatum, quæ elementa conſtituant fieri poſſunt. 7 Sex namque cum ſint, ex his

duæ

duæ, propterea quod inter ſeſe opponantur, elementum haud vllum efficere queunt. [8] Sed de his dictum prius eſt.

[1] Verum quoniam ad inuicem omnia tranſmutantur elementa, eorum aliquod abſolute primum ſtatui non poſſe, ex quo immutato, ac permanente cætera fiant, oſtendendum eſt. Nam ſi primum daretur, id vel vnum extremorum eſſet, vel vnum mediorum. [2] Vnum igitur extremorum, quæ ſunt ignis, ac terra eſſe nequit, quoniam omnia ignis, ac terra eſſent. Manifeſta hæc ſequela eſt, nam id, ex quo aliquid fit, illius tota ſubſtantia eſt, quod fit, ex conſenſu Veterum, quare ſi ex igne, aut terra fiant omnia, ex neceſſitate ignis, aut terra erunt. [3] Nec verò id primum aliquod mediorum elementorum, quæ ſunt aer, & aqua ſtatuendum eſt, quemadmodum aiunt nonnulli ex aere fieri poſſe ignem, & aquam, ex aqua terram, & aerem, extrema autem, quæ ſunt ignis, & terra in ſeſe permutari amplius apta non eſſe. Vt igitur hæc euertatur ſententia. [4] Supponendum eſt elementa quatenus in rectum procedunt, in infinitum progredi non poſſe, alioquin in eodem elemento infinitæ concedendæ eſſent contrarietates, vt inferius patebit. [5] Sit enim terra, T, aqua, L, aer, A, ignis, I. [6] Iam ſi aer,

A, tranſ-

quia contrariæ ſunt ad inuicem.

8 De his igitur dictũ eſt prius.

Tex. 35.

1 Quod autem quoniam tranſmutantur ad inuicem, impoſſibile eſt principium aliquod eſſe horum, aut in extremo, aut in medio ex his manifeſtum eſt.

2 In extremis igitur non erit, quoniam ignis, aut terra eſſent omnia, & eadem eſt ratio, ac ſi dicamus ex igne, aut terra eſſe omnia.

3 Quod autem neq; medium, vt videtur quibuſdam, aer quidem, & in ignem tranſmutatur, & in aquam, aqua autem in aerem, & in terrã, vltima autem non amplius in ſe inuicem.

4 Oportet enim ſtare, & non infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraq; infinitæ enim contrarietates in vno erunt.

5 Sit enim terra, in quo T, aqua in quo, L, aer, in quo, A, ignis in quo, I.

6 Si ergo, A, tranſmutatur in

A, tranſmutetur in ignem, I, competet igni contrarietas inter ipſum, & aerem: [7] ſit autem contrarietas hæc albedo, & nigredo, adeo vt aer ſit albus, ignis vero niger. [8] Rurſus quia idem aer mutatur in aquam, L, alia inter ipſum, & aquam exiſtet contrarietas, ab ea, quam cum igne habet, diſtincta, [9] neq; enim idem ſunt aqua, L, & ignis, I: [10] ſit verò contrarietas hæc ſiccitas, & humiditas, & dicatur ſiccitas, S, humiditas, H. [11] Si igitur cum in aquam mutatur aer, quæ inerat ſeruatur albedo, exiſtens humida, & alba erit aqua, [12] ſi verò non ſeruatur, ſed perit, quoniam in cõtrarium mutatio eſt, nigra ex neceſſitate erit. [13] Quare, aut nigra, aut alba erit aqua; ſed albam eſſe dicamus. [14] Eodẽ modo, & in igne, I, ſiccitas, S, inexiſtet, atque ob eam opponetur aquæ. [15] Erit igitur inter aquam, & ignem mutatio, propterea quod inter ſeſe opponuntur. [16] Etenim ignis primum quidem niger erat, poſtea autẽ ſiccus euaſit, aqua verò exiſtebat humida, indeq; alba facta eſt. [17] Quapropter manifeſtum eſt omnia viciſſim permutari elementa apta eſſe, [18] & quia terræ inſunt nigredo, & humiditas, quæ in alijs haudquaquam elementis iunctæ reperiuntur, ſingula inuicem tranſmutari poſſe elementa patet, abſque eo, quod eorum vllum ſit

abſolute

I, contrarietas erit eorum, quæ A, I:
7 ſint hæc albedo, & nigredo,

8 Rurſus ſi in L, & A, erit alia;

9 non enim idem, L, & I:

10 Sint autem ſiccitas, & humiditas, S, quidem ſiccitas, H, autem humiditas:

11 Quapropter ſi quidem manet album, erit aqua humida, & alba,
12 ſin autem nigra erit aqua, in contraria enim tranſmutatio:

13 Neceſſe eſt igitur, aut nigram, aut albam eſſe aquam: ſit itaque alba primum.
14 Similiter igitur, & ipſi I, ipſum S, inexiſtet ſiccitas.
15 Erit igitur igni tranſmutatio in aquam, contraria enim exiſtit:
16 Ignis enim primum quidẽ niger erat, deinde autem ſiccus, aqua autem humida, deinde vero alba.

17 Manifeſtum itaque quod omnibus ex ſe inuicem erit tranſmutatio:
18 & in his, quia & terræ inerunt reliqua, & duo cognata, nigrum, & humidum, hæc enim nondum coniuncta fuerunt.

abſolute primum, ex quo alia dumtaxat elementa fiant.

[1] At vero elementa, quatenus in rectum procedunt, in infinitum progredi non poſſe, vt ſuppoſitum antea eſt, nunc demonſtrare oportet. Etenim ſi id cõtingeret, in eodem elemento infinitæ contrarietates ineſſent, hoc autem abſurdum eſt, ergo in infinitum progredi, cum tranſmutantur elementa nequeũt. Sequela maioris probatur, [2] nam ſi ignis, I, cum mutatur, nec retrocedit in aerem tranſiens, nec orbem conficit in terram conuerſus, ſed in aliud quintum deſinit ſuperius exiſtens elementum vocatum, P S, contrarietatem aliã præter dictas inter ignem, I, & elementum, P S, conſtituere oportebit; [3] quandoquidem elementum, P S, ab inferioribus elementis, T, L, A, I, eſſe diſtinctum ſupponitur. [4] Sit ergo contrarietas inter ignem I, & elementum, P S, B, & M, ita vt igni inſit B, & ipſi P S, inſit B M. [5] Omnibus igitur elementis inferioribus T, L, A, I, inerit ipſum B, cum elementum P S, in ignem, & ignis in aerem, & aer in aquam, & aqua in terram mutari queat. [6] An vero quatuor elementa in quintum elementum mutari poſſint, nondum oſtenſum eſt: [7] Id autem plane conſtat quod ſi elementum P S, in aliud tranſmutetur elementum,

Tex. 36.

1 Quod autem in infinitum non poſſibile eſt ire, quod oſtenſuri ad hoc prius venimus, manifeſtum eſt ex his.

2 Si enim rurſus ignis in quo I, in aliud tranſmutatur, & non reflectetur, vt in PS, contrarietas quædam in I, & P S, alia exiſtet præter dictas.

3 nulli enim idem ſupponitur T, L, A, I, ipſum P S.

4 Sit ergo ipſi quidẽ I, ipſum B, ipſi vero P S, ipſum M B.

5 Ergo omnibus inexiſtet, T, L, A, I, tranſmutantur enim in ſe inuicem.

6 Sed hoc quidem ſit nondum demonſtratum:

7 Sed illud manifeſtum, quod ſi rurſus, P S, in aliud, alia erit contrarietas, & ipſi P S, inerit, & I;

tum,

tum, alia inerit contrarietas,& elemento P S, & igni I, alijſque inferioribus elementis; [8] atque ſimiliter continget, ſi aliud apponetur elementum; noua enim,& inferioribus elementis contrarietas competet. [9] Quamobrem ſi in infinitum elementa procedunt, infinitas in eodem elemento contrarietates fateri cogimur. [10] At ſi hoc verum ſit, nullum vtique definiri elementum, aut ex alio gigni poterit. Neque enim infinitas exiſtentes in eo contrarietates compræhẽdere, aut percurrere licebit, neque infinitarum mutatio contrarietatum perfici vnquam poterit. [11] Neceſſe autem eſt, ſi ex alio elemento aliud fieri debet, infinitas, quæ inſunt, contrarietates pertranſire. [12] Quamobrem quædam, vt extrema elementa inuicem nunquam tranſmutabuntur, infinitis medijs exiſtentibus elementis, quæ ex neceſſitate percurrit mutatio, vt ab extremo ad extremum perueniat elementum. [13] Præterea nec ex medio extremum fiet elementum, vt ex aere ignis, cum infinitæ in quolibet elemento contrarietates exiſtant, quas in permutatione deſtrui, ac interire oportet. [14] Denique omnia vnicum elementa eſſent. [a] Etenim omnes ſuperiorum elementorum contrarietates inferioribus competerent elementis, & quæ inferioribus

inſunt

8 ſimiliter autem ſemper cum appoſitio cõtrarietas aliqua exiſtet ijs, quæ ante.

9 Quapropter ſi infinita, contrarietates infinitæ vni inexiſtent.

10 Si autem hoc, non erit, neque terminatum eſſe aliquid neq; generari:

11 Oportebit enim ſi erit aliud ex alio, tot tranſire contrarietates, & amplius plures.

12 Quapropter in aliqua quidem nunquam erit tranſmutatio, vt ſi infinita media ſint, neceſſe autem eſt, ſiquidem infinita elementa.

13 Amplius autem, neque ex aere in ignem, ſiquidem infinitæ contrarietates.

14 Fient autem, & omnia vnum, neceſſe enim omnes exiſtere in inferioribus quidem eas, quæ ſuperiorum, his autem eas, quę inferiorũ.

a *Philoponus*.

inſunt ipſis quoque ſuperioribus conuenient, propterea quod infinitas vnumquodque ſibi elementum, atque omnes proinde contrarietates vendicat. [15] Omnia igitur vnicum elementa erunt, quæ ob inexiſtentes inter ſe contrarietates differunt.

15 Quapropter omnia vnum.

Sed iam ipſum redarguere Empedoclem oportet, qui elementorum mutuã renuens permutationem in varia incidit abſurda.

Tex. 35.

1 Admirabitur autem aliquis dicentes plura vno elementa corporum, vt non transmutentur inuicem, ſicut Empedocles inquit, quomodo contingit eis dicere, comparabilia eſſe elementa.

2 Sed tamẽ dicit ſic, hæc enim æqualia omnia.

3 Si ergo ſecundum quantũ, neceſſe eſt idem aliquid eſſe exiſtens in omnibus comparabilibus, quo menſurantur.

a *Philoponus.*

4 vt ſi ex aquæ hemina fuerint heminæ aeris decem, idem igitur aliquid erant ambo, ſi menſurantur eodẽ.

[1] Et admirabitur non iniuria aliquis Empedoclem, quomodo proprijs conſentiat dictis, cum plura elementa corporum inuehit, eorumq; permutationem ad inuicem negat, comparari tamen, & conferri mutuo elementa poſſe affirmat. [2] Hanc etenim clare pronunciat ſentẽtiam, dum inter ſe æqualia elementa eſſe dicit. Verum vt ſibi ipſi haud conſentire Empedoclem appareat, ex mutua elementorum comparatione mutuam quoque eorundem permutationem ex neceſſitate deduci oſtendendum eſt. [3] Si igitur æqualia, & inuicem comparabilia ſint elementa ratione quantitatis, quam obtinent, [a] id ex eo cõtinget, quod tanta ſit portio materiæ, ac ſubſtantiæ vnius, quanta eſt alterius. [4] Et hoc modo vnus pugillus aquæ decem aeris pugillis confertur, quia communis vtriſque materiæ,

ac ſubſtantiæ portio ineſt, ob quam ſeſe viciſſim metiri queunt. At hanc elementorum æqualitatem comprehendere idcirco poſſumus, quia eorum transmutationem cernimus, atq; ex vno aquæ pugillo decem aeris pugillos fieri quotidie videmus, ſic enim quæ elementis ſubijcitur materiam ad varias eorũdem magnitudines contrahi, extendiq; putamus, ergo ſi ratione quantitatis æqualia ſint elementa ad inuicem ea tranſmutari poſſe fateamur neceſſe eſt. Neq; enim quis elementa eadem actu eſſe prædita magnitudine auderet affirmare, cum certiſſima oppoſitum experientia demonſtret. [5] Quod ſi elementa ratione quantitatis, ac ſubſtantiæ comparari nequeant, ita vt quantum ei dicatur æquale, quod ex quanto eſt, ſed qualitatis, & potentiæ, virtutiſque habita ratione conferantur; aut ſeruata eadem qualitatum ſpecie comparatio fit, quia licet æqualia ob quantitatem, ac ſubſtantiam ſint elementa, non quantitates, ſed potentiæ, quibus agunt, conferantur, [6] vt ſi quæratur vtrum tantum poſſit infrigidare vnus pugillus aquæ, quantum poſſunt decem pugilli aeris; [7] aut nec habito quantitatis mẽſuræ, nec potentię, virtutiſque eiuſdem ſpeciei reſpectu, ſed attenta dumtaxat proportione, quæ inter diuerſas ineſt quali-

5 Si autem non ſic ſecundum quantum comparabilia, vt quantum ex quanto, ſed quãtum poſſunt,

6 veluti ſi hemina aquæ æqualiter poteſt infrigidare, & decem aeris, & ſic ſecũdum quantum non ſecundum quod quantum comparabilia, ſed ſecundum quod poſſunt aliquid:

7 erit ergo, & non quanti mẽſura comparare, & potentia, ſed ſecundum proportioné, verbi gratia, vt hoc calidũ, hoc album.

qualitates, vt ſi quæratur vtrum hoc tantum ſit calidum, quantum hoc album; aut oppoſitis acceptis qualitatibus, quæ in eodem conueniunt genere, vt ſi quæratur, vtrum eodem modo ſit calidus ignis, quo frigida eſt aqua, [8] Si igitur inter ea comparatio fiat, quæ diuerſas obtinent qualitates, vt dicamus ita hoc calidum eſſe, ſicut hoc album, qualitatum profecto ſimilitudinem, & quantitatum æqualitatem indicabimus. At ſi id accidat ea, quæ conferuntur potius ſimilia, quam æqualia dicere oportet, cum tamen id abnuat Empedocles, qui comparari ſic elementa cenſet, vt æqualia prorſus dicantur. 9 Si verò comparentur elementa, non ob qualitatum, ac potentiarum proportionem; ſed ob earumdem menſurā eadem ſeruata ſpecie, tantumq; variato gradu; vt certam ignis quantitatem æqualem cum maiori quantitate aeris obtinere calorem dicamus, abſurdum eſt, ſic exiſtentia elementa inuicem tranſmutari non poſſe. 10 Etenim qualitates eiuſdem ſpeciei, quia in eadem, & communi inſunt materia, ſecundum magis, ac minus differunt; at quæ communem obtinent materiam tranſmutari viciſſim queunt, ergo ſi elementa ob eaſdem magis, minuſue differētes qualitates æqualia ſunt, mutuam permuta-

8 Hoc autem, vt hoc ſignificat in quali quidem ſimile, in quanto autem æquale.

9 Inconueniens igitur videtur, ſi corpora immutabilia exiſtentia, non proportione comparabilia ſint, ſed menſura potentiarum, & eius, quod eſt eſſe æquale calidū, aut ſimile ignis tantum, & aeris multiplex.

10 Idem enim plus, quia eiuſdem ſit generis, talem habebit rationem.

tionem ex neceſſitate patiuntur. Idem vero, & fatendum eſt, ſi penes contrarias comparentur qualitates, quæ in eodem ſuapte natura exiſtunt ſubiecto. Quapropter manifeſtum eſt Empedoclem proprijs haud conſentire dictis, cum tranſmutari poſſe elementa negat, eaque viciſſim comparari, & æqualia eſſe dicit.

Tex. 38.

1 Sed neque augumentatio vtique erit ſecundum Empedoclem, niſi ſecundum additionem, igne enim auget ignem:

a Philoponus.

2 auget autem terra ſuum genus, æthera auter æther.

3 Hæc autem apponuntur.

4 Videntur autem non ſic augeri ea, quæ augentur.

[1] At vero nec ipſam tueri accretionem poteſt Empedocles elementorum mutuam renuens mutationem, [a] præter eam, quæ appoſitione contingit, quemadmodum ignis adiectus igni ipſum ampliorem reddit. [2] Inquit enim Empedocles: auget terra quidem proprium genus, ætheraque æther. [3] Hæc autem adijciuntur, & apponuntur. [4] Quæ verò naturæ viribus fit accretio, non hoc modo, vt prius demonſtratum eſt accidit, ſed appoſito alterato alimento, & ab inſita facultate in ſubſtantiam aliti conuerſo.

Tex. 39.

1 Multo autem difficilius eſt eidem tradere de generatione ſecundum naturam.

2 Ea enim, quæ generuntur ſecundum naturam, omnia fiunt, aut ſemper, aut vt multum;

3 ea autem quæ extra ipſum ſemper, & multum à caſu, & à fortuna.

4 Quænam igitur cauſa exiſtit huius, ex homine hominé, aut ſemper, aut vt pluri-

[1] Sed maiorem difficultatem habet Empedocles in naturali rerum ortu, atque interitu explicando. [2] Nam ea, quæ viribus naturæ gignuntur, aut ſemper, aut frequenter eodem fiunt modo; [3] quę verò nec ſemper, nec frequenter accidunt, à caſu, & fortuna procedunt. [4] Quam igitur cauſam reddet Empedocles ob quam ex homine ſemper, aut fre-

Digitized by Google

frequenter homo fiat, atque ex frumento quidem frumentum, minime autem naſcatur oliua? Neque enim elementorum congregatio eſt, qua rerum generationem fieri dicit, quando quidem ea caſu, ac temerè contingat, raroque eadem fiat.

mum, & ex frumento frumentum, ſed non oliuam?

1 Præterea quo modo ex fortuito elementorum concurſu os, aliaque animalis membra certam, ac determinatam compoſitionem ſortiuntur? 2 Neque enim ijs, vt accidit, coeuntibus naturalia efformantur membra, quibus ipſum conſtat animal, ſed aliqua ratione, & cauſa naturali opus eſt, quæ admixta regat elementa, & ad certam perpetuò conſequendam formam deducat. 3 Quæ igitur horum cauſa eſt, ſi nec ignis, nec terra, cum ſimul coeunt, determinatã ſortiri mixtionem queunt, ob quam hoc, aut illud animalis oriatur membrum?

Tex. 40.

1 An et ſi ita compoſitum fuerint os.

2 Non enim, vt contingit, cõuenientibus aliquid generatur, quemadmodum ille inquit, ſed ratione aliqua,

3 Quæ igitur horum cauſa? non enim ignis, aut terra.

1 Nec verò arbitrandum eſt concordiam, & diſcordiam eſſe cauſas determinatæ proportionis, quam animalium ſunt nacta membra. 2 Nam concordia ſuapte natura congregat, & vnit elementa, eadem verò ſeiungit, ac ſeparat diſcordia. 3 At certa, ac determinata vniuſcuiuſq; rei proportio, nec elementorum congregatio, & mixtio eſt, nec eorundem ſeparatio, quemad-

modum

Tex. 41.

1 At vero neque amicitia: neque lis.

2 Congregationis enim ſolũ illa, hęc autem ſegregationis cauſa.

3 Hoc autem eſt ſubſtantia, quæ vniuſcuiuſq; ſed non ſolum mixtio, & fœdus mixtorum quemadmodum ille inquit.

Digitized by Google

modum cenſet Empedocles, ſed forma, ac ſubſtantia eſt, ſub qua refracta, ac temperata continentur elementa; concordia igitur, & diſcordia proportionis cauſæ non ſunt, quæ animalium competit membris. 4 Etenim elementorum congregatio, & mixtio nullam certam, ac determinatam reſpicit cauſam, ſed ipſam dumtaxat fortunam, & caſum, 5 quandoquidem vniantur ſimul, atque vt contingit, miſceantur elementa: vnde concordiam, & diſcordiam, vt proprias habere cauſas poteſt. 6 Eorum autem, quæ ſuapte natura exiſtunt, certamque proportionem habent, cauſa determinata eſt, atque hæc propria vniuſcuiuſque natura, & forma videtur, qua ſimilis gignitur forma, ſimiliſque rerum efficitur proportio. 7 De hac verò cauſa, & natura nihil dicit Empedocles, cum ea tamen vniuſcuiuſque rei bonum, & perfectio ſit, 8 ſed ipſam tantummodo mixtionem laudat, quaſi per eam conſiſtat mixtum, propriumque ſit nactum finem. 9 Atque etiam defecit Empedocles aſſerens elementa ſegregaſſe diſcordiam, mundumque effeciſſe, quem Deum vocabat, ſimiliter elementa, quæ mundo ſunt priora Deos appellans. Hanc enim Deorum congregationem potius facere concordia debuiſſet, quàm diſcordia,

4 Fortuna autem in his nominatur, ſed non ratio.

5 Eſt autem mixta eſſe, vt contingit.

6 Natura enim exiſtentiũ cauſa eſt ita ſe habere, & vniuſcuiuſque natura hæc eſt,

7 de qua nihil dicit: nihil igitur de natura dicit: ſed tamẽ bene hoc, & bonum,

8 hic autem mixtionem ſolũ laudat.

9 Quamuis & elementa ſegregat non lis, ſed amicitia, quæ natura priora ſunt Deo: Dij autem, & hæc.

dia, quæ ſuapte natura mala, ac pernicioſa videtur.

[1] Verum & de motu leuiter, ac diminute loquutus eſt Empedocles. [2] Neq; enim ſatis eſt concordiam, & diſcordiam principia eſſe motus affirmare, niſi hæc concordiæ ſit ratio, & natura, vt certum, ac determinatum efficiat motum, idq; etiam diſcordiæ competat, vt definito cieat motu: [3] Quamobrem hoc, aut definire, aut ſupponere, aut exactè, vel leuiter, vel alio quodam modo demõſtrare oportebat, cum ea tantum ſit ratio concordiæ, & diſcordiæ, vt motum aliquem in vniuerſum efficiant.

Tex. 42.

1 Amplius autem de motu dicit ſimpliciter.

2 Non enim ſufficit dicere quod amicitia, & lis mouent, niſi hoc erat amicitiæ eſſe quod motu tali, liti autem tali.

3 Oportebat igitur, aut definiuiſſe, aut ſuppoſuiſſe, aut demonſtraſſe, aut acriter, aut leniter, aut alio quodam modo.

[1] Præterea corpora naturalia violentia, & natura, & præter naturam mouentur, quemadmodum ignis ſuapte natura fertur ſurſum, violentia autem deorſum, [2] id verò, quod violentia contingit, ei quod accidit natura opponitur: [3] at violentia cieri corpora videmus, [4] ergo & natura quoque ferri oportet, quandoquidem oppoſitorum exiſtente vno, & aliud ex neceſſitate eſſe videatur. [5] Quæro igitur ab Empedocle vtrum concordiæ motus naturalis, an violentus ſit? [6] Etenim terram ſurſum ferri quemadmodum & ignem deorſum violentia contingit, idque potius quædam ſecretio, quam vnio, & con-

Tex. 43.

1 Amplius autem quoniam videntur, & vi, & præter naturam moueri corpora, & ſecũdum naturam, vt ignis ſuperius quidem non vi, inferius autem vi,

2 ei autem quod vi, id quod ſecundum naturam contrarium eſt,

3 eſt autem vi moueri,

4 eſt igitur, & ſecundum naturam moueri.

5 Hoc igitur amicitia, mouet, an non?

6 E contrario enim eſt terrã ſuperius, & ſegregationi aſſimilatur.

congregatio videtur. At elementa hoc fere modo vniuntur, & coaleſcunt, vt enim id aſſequantur, & deorſum ferri ignem, & ſurſum cieri terram neceſſe eſt. Quare cum vnio ſit concordiæ effectus annuente Empedocle, motus, quem gignit concordia violentus, & ſecretioni ſimilis erit, [7] ideoque potius naturalis motus cauſa diſcordia, quam concordia exiſtet, per eam ſecretis elementis, ſurſumque lato igne, ac deorſum terra mota, [8] atque ob hanc cauſam potius concordia præter naturam erit, quàm diſcordia. Hæc igitur cum ita ſint, manifeſtum eſt diminute Empedoclem de motu loquutum fuiſſe, propterea quod motus proprias nequaquam aſſignet cauſas. [9] Quod ſi concordia, & diſcordia motus principia non ſunt, alia minime principia aſſerente Empedocle, nec vllus naturalium corporum motus, nec vlla quies erit. [10] Hoc autem abſurdum eſſe cuilibet manifeſtè patet.

[1] Porrò minime conſtans videtur Empedocles in explicāda motuum cauſa. Etenim quandoque aſſerit elementa ſegregante diſcordia ad propria loca ferri, quandoque verò ignem ſurſum, non à diſcordia, ſed à fortuna, & caſu ferri dicit. Sic enim inquit.

7 Et magis lis eſt cauſa eius, qui ſecundum naturam motus, quam amicitia.

8 Quapropter, & omnino præter naturam amicitia erit magis.

9 Simpliciter autem niſi amicitia, aut lis mouet, eorum corporum nullus motus eſt, neq; quies,

10 ſed inconueniens.

Tex. 44

1 Amplius autem, & apparet quod mouentur, ſegregauit enim lis, latus autem fuit ſuperius ignis, non à lite ſed quandoq; quidem inquit, vel vt à fortuna.

2 *Nam plerumque aliter, ſed tum ſic forte cucurit.*

2 Sic enim fuit multoties tūc, frequenter autem aliter.

3 Præterea interdum ignem ſuapte natura ſurſum euehi, & caſu deſcendedere, ipſaſque terræ cauitates ingredi affirmat. Sic enim ait.

3 Quandoq; autem inquit natum eſſe ignem ſurſum ferri.

4 *Aſt æther longis ſub humum radicibus ibat.*

4 æther autem longis terram ingrediebatur radicibus.

Deniq; ex his, a quæ dicit vnum quoddam motus principium concordia, & diſcordia prius exiſtens fateri cogitur. 5 Nam aſſerit mundū eodem nunc modo tempore diſcordiæ ſe habere, quo prius tempore concordiæ ſe habebat. 6 Quæ igitur eſt cauſa ſic perpetuò mouens mundum, ob quam & diſcordiæ, & concordiæ tempore eodem cieatur motu? 7 Neq; enim huius perpetui motus cauſæ videntur concordia, & diſcordia, propterea quod illa vnionis, & congregationis dumtaxat efficiat motum, hæc verò ſecretionis. 8 Quamobrē ſi cauſa aliqua eſt, qua perpetuo mundus, & in concordia, & in diſcordia exiſtat, vnum aliquod principium concordia, & diſcordia prius exiſtēs erit, à quo omnis prodibit motus.

a *Philoponus Alexander apud Philoponum.*

5 Simul autem, & mundum ſimiliter habere, inquit, in lite nunc, & prius in amicitia.

6 Quid igitur eſt id quod mouet primum, & cauſa motus?

7 Nō enim amicitia, & lis ſed cuiuſdam motus hæ cauſæ ſunt.

8 Si autem ſunt, illud principium.

1 Verum & illud abſurdum eſt, quod ait Empedocles non modo omnia corpora, ſed ipſam quoque animam ex ele-

Tex. 45.

1 Inconueniens autem eſt, & ſi anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum.

mentis conſtare, & vnum aliquod eorum eſſe. [2] Quo modo enim ſic ſe habens anima, [a] proprias habebit paſſiones, vt nunc muſicæ habitu prædita ſit, nunc priuationem ipſius obtineat, aut eorum, quæ didicit, nunc recordetur, eo rundemq; nunc obliuiſcatur? [3] Id namque perſpicuum eſt, quod ſi ignis erit anima, eas dumtaxat paſſiones habebit, quæ propriæ ignis naturæ competunt. Hoc autem abſurdum eſſe, quis non fateatur? [4] Quod ſi anima ex omnibus elementis mixta ſit, corporeæ eius affectiones erunt, at hoc falſum eſt, [5] nulla enim affectionum animæ, vt ſenſit Empedocles, corporea videtur, ergo anima ex elementis mixta non eſt. [6] Sed hæc alibi examinare, ac determinare conſentaneum eſt.

2 Alterationes enim animæ quomodo erunt, vt muſicum aut memoria, aut obliuio?

a *S. Thomas*.

3 Manifeſtum enim quod ſiquidem ignis anima ſit, paſſiones inerunt ei, quæcumq; igni ſecundum quod ignis.

4 Si autem mixtum corporales.

5 Harum autem nulla corporalis eſt.

6 Sed de his alterius opus eſt contemplationis.

Iam de numero, ortu, ac interitu elementorum diſſeruimus. Nunc modum, quo ex elementis generantur mixta determinare oportet.

[1] Qui igitur elementa, ex quibus mixta conſtant corpora, communem aliquam ſubiectum obtinere materiam, aut viciſſim tranſmutari aiunt, neceſſario vtramque tueri ſententiam coguntur, adeo vt ſi eandem omnibus elementis materiam ſubſterni afferant, mutuam quoque elementorum permutationem concedant, ſi verò inuicem per-

Tex. 46.

1 De elementis autem ex quibus corpora conſtituta ſunt quibuſcumq; quidem videtur eſſe aliquid commune, aut mutari in ſe inuicem neceſſe eſt, ſi alterum horum, & alterum contingat.

Digitized by Google

permutari elementa dicant, ijs & communem ſubeſſe materiam fateantur. [a] Qui autem viciſſim tranſmutari poſſe elementa negant, [a] atque ex ſingulis elementis haud ſingula gigni elementa cenſent, ſed cum actu inexiſterēt excerni, quemadmodum ex pariete ſecreti exeunt lateres, abſurdam profecto ſententiam admittunt. 3 Nam quo modo ex elementis inexiſtentibus actu, nulloque pacto permutatis carnes, oſſa, & alia huiuſmodi formari queunt? Etenim ignis haud ligatus euolabit ſurſum, terra autem deſcendet deorſum, quæque ex ijs conſtant permanere, & conſiſtere nullo modo poterunt. 4 Etſi verò quæ mutuam elementorum permutationē tuetur opinio vera ſit, haud leue tamen inſurgit dubium, quo modo ex elementis corpora ab ijs diuerſa gigni poſſint. 5 Nam ex igne fit aqua, & ex aqua generatur ignis, atque hoc intelligere quiuis facile poteſt, 6 quoniam ſubiectum ijs commune ſubeſt. 7 At quo pacto ex ijs caro, & medulla prodeant, magnam habet difficultatem, cum non appareat quidnam dari poſſit elementis, & mixtis commune. 8 Qui autem elementa inuicem tranſmutari non poſſe aiunt, quemadmodum Empedocles, aſſignare nequeunt modum, quo ex elementis corpora mixta fiant.

2 Quicumq; autē non faciunt ex inuicem generationem, neq; ex vnoquoque niſi ſicuti ex pariete lateres, inconueniens.

a *Philoponus*.

3 Quomodo enim ex illis erunt carnes, & oſſa, & aliorū quodcumque?

4 Habet autem quod dicitur dubitationem, & apud eos, qui ex alterutris generant, quomodo ex eis aliud aliquid præter hoc generatur.

5 Dico autem, vt ſi ex igne eſt aqua, & ex hoc generatur ignis.

6 eſt enim aliquod commune ſubiectum.

7 Sed vtiq; & caro ex eis generatur, & medulla: hæc autem quomodo generantur?

8 Illis enim, qui dicunt vt Empedocles, quis erit modus?

Digitized by Google

9 Neceſſe enim eſt compoſitionem eſſe, ſicuti ex lapidibus, & lateribus paries eſt,
10 mixturaq; hæc ex ſaluatis quidem elementis erit, ſecũdum parua autem adinuicẽ compoſitis.

11 Sic itaque caro, & aliorum vnumquodq;

à S. Thoma;

9 Neceſſe enim eſt aſſerant elementa miſceri, quemadmodum lapides, & lateres, cum ex ijs fit paries, 10 atque in mixto ſecundum proprias haudquaquam mutatas ſubſtantias ineſſe, in exiguas tamen, ac minimas comminuta partes, 11 & ex ijs ſic coeuntibus oſſa, carnes, & alia huiuſmodi prodire. At hoc abſurdum, & inconueniens eſt, nam ij tantummodo mixta iudicabunt corpora, qui hæbeti, obtuſaq; oculorum acie vtuntur.

Tex. 47.

1 Cõtingit autem non ex quã libet parte carnis, generari ignem, & aquam,

2 (quemadmodum ex cerà generatur vtiq; ex hac quidem parte ſphera, pyramis autem ex alia aliqua.)

3 ſed contingebat ex vtraq; vtrumque generari.

4 Hoc igitur generatur modo ex carne, ex qualibet ambo.

5 Eis autem, qui illo modo

1 Præterea ſi hæc ſententia vera eſt, non ex qualibet carnis parte ignis, aqua, & aliud quoduis elementum fiet, ſed ex vna parte vnum tantum elementum, ex altera alterum exibit, quandoquidem elementorum partes integræ, nulloq; pacto mutatæ ſimul coeunt, ac mixtum efficiunt. 2 Hoc eodem accidit modo, ac ſi quis aſſerat ex vna parte ceræ tantummodo ſpheram, ex altera pyramiden fieri, vtramq; verò figuram ex vtraque ceræ parte effici poſſe neget. 3 Sed tamen arbitrandum eſt, vt ex qualibet cæræ parte quæuis formatur figura, 4 ita ex qualibet parte carnis, & aquam, & ignem, & alia elementa gigni, non ſimul eo, quod eadem materia abeat in quatuor elementa, ſed ſeorſim, quatenus ex ipſo oĩa diſiunctiue poſſunt elementa ſeparari. 5 At qui Empedo-

pedo-

pedoclem ſequuntur hanc veritatem affirmare nequeunt, ſed quemadmodum ex varijs parietis partibus, ac locis detrahuntur lapides, ac lateres, ita & ex varijs mixti partibus varia elementa gigni fateri coguntur.

1 Verum, & qui elementa vnicam habere materiam, & viciſſim transmutari poſſe aiunt, magnam habent difficultatem, quomodo ex duobus elementis quidpiam gigni queat, vt ex calido, & frigido, aut ex igne, & aqua. 2 Si enim caro ex ambobus elementis fit, eorumque neutrum eſt, atq; ipſa haud quaquam elementa ſeruantur, profectò id, quod ex ijs gignitur, ſola erit materia, quod tamen impoſſibile eſt. 3 Si vero alterum elementorum permaneat, alterum autem intereat, aut vno deſinente elemento alterum dumtaxat fiet, aut pura exiſtet materia. Quamobrem cuique difficultas patet, qua in generatione mixtorum ex elementis vrgemur. Vt ergo propoſita hæc diluatur obiectio, ſimulq; appareat modus, quo ad mixtionem elementa concurrunt. 4 Notandum eſt, quia tum calidum, tum frigidum elementum ob primarum qualitatum iacturam ex mutua actione, paſſioneque prodeuntem refrangi poteſt, ſeu aliquem propriæ entitatis gradum amittere, minime tum fieri mixtionem,

dicunt non contingit, ſed vt ex pariete lapis, & lateres, vterq; ex alio loco, & parte.

Tex. 48.

1 Similiter autem, & facientibus vnam eorum materiã habet aliquam dubitationẽ, quomodo erit aliquid ex ambobus, vt frigido, & calido, aut igne, & aqua.

2 Si enim eſt caro ex ambobus, & neutrum eorum, neq; rurſus compoſitio ſaluatorum, quid relinquitur niſi materiam eſſe, quod ex illis eſt?

3 Alterius enim corruptio aut alterum facit, aut materiam.

4 Nunquid igitur quoniam eſt, & magis, & minus calidũ, & frigidum, quando quidẽ ſimpliciter fuerit alterum actu, potentia alterum erit:

tionem,

tionem, cum alterum elementum ſimpliciter actu, alterum autem potentia extiterit,[5] ſed tum ſolum, cum & calidum elementum alteratum aliquos frigidi gradus admiſit, & refractum frigidum calidi gradus aliquos recepit. [6] Sic enim ob mutuam pugnam proprias elementa actualitates amittunt, quę omnium graduum integritatem requirunt. [7] Vnde fit, vt neq; ſola remaneat materia, neq; vtrumq; elementorum ſimpliciter actu prædominans exiſtat, ſed medium quid, ſeù mixtum reſultet ex ipſis elementorum entitatibus, quæ cum materiæ capacitatem expleant, nouam, ac tertiam quandam ſuſceperunt actualitatem. [8] Et quidem vt in hoc elementorum conuentu entitatis plus ineſt calidi, quam frigidi, aut plus frigidi, quam calidi,[9] ſic etiam genitum mixtum in eadem proportione dupla, aut tripla, aut alia quauis frigidum, aut calidum exiſtit. [10] Quamobrē mixta ex oppoſitis miſcibilibus, ſeu potius elementis fiunt, [11] atque ex mixtis educuntur elementa, quatenus ijs ſecundum proprias entitates, ac potentialitates inexiſtunt, quæ cum amiſſas recuperauerint actualitates, prodeunt. [12] Neque enim ex mixtis, vt ex materia gignuntur elementa, quæ ſimpliciter ad ea in potentia exiſtat, ſed eo, quo diximus

5 quando autem non omnino, ſed vt quidem calidum frigidum, vt autem frigidum calidum,

6 quia quæ miſcentur corrūpunt excellentias ad inuicē,

7 tunc neq; materia erit, neq; illorum contrariorum vtrūque actu ſimpliciter, ſed medium.

8 Secundum verò quod eſt potentia magis calidum quā frigidum, vel e contra,

9 ſecundum hanc rationem duplo calidum potentia, aut frigidum, vel triplo, vel ſecundum alium talē modum.

10 Erunt autem mixta alia ex contrarijs, aut ex elementis,

11 & elementa ex illis potentia quodammodo exiſtentibus;

12 non ita vero, vt materia, ſed ſecundum prædictū modum,

Digitized by Google

ximus modo, exeuntibus propter mixtorum reſolutionem elementis. [13] Atq; vera ſic accidit mixtio, illo vero modo generatio fit, qua ex materia ſimpliciter exiſtente in potentia elementorum eductio contingit. [14] Quoniam vero mutuo agunt, & patiuntur contraria, vt prius determinatum eſt, [15] cum actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum exiſtat, [16] ſi elementa miſcibilia, quæ has affectiones obtinent, determinatã inter ſe haud proportionem habuerint, ſed vnum ex ijs alterum magno ſuperauerit exceſſu, minime quidem elementorum mixtio, ſed mutua eorundem permutatio accidet. [17] Idem vero, & de alijs oppoſitis elementis intelligendum eſt. Quod ſi æquales fuerint virtutes actiuæ certa quadam ſeſe proportione reſpicientes, earumq; nulla nimium exceſſerit alias, ex mutua actione proprijs corruptis elementorum actualitatibus efficietur mixtum, ex eorum inexiſtentibus entitatibus noua ſupperaddita actualitate coaleſcens. Hoc autem certo quodam ordine contingit; [18] Nam primo tranſmutantur ad inuicem elementa, ac refranguntur, [19] deinde vero ex his carnes, & oſſa, aliaque huiuſmodi prodeunt, quatenus tum calidi, tum frigidi elementi entitate alterata, eorum

vltimæ

13 Et eſt ita quidem mixtio, illo vero modo materia, quod generatur.

14 Quoniam autem patiuntur contraria ſecũdum eam, quæ in primis, determinationem,

15 eſt enim actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum:

16 Quapropter ſi non coæquentur, mutantur in ſe inuicem:

17 ſimiliter autem, & in alijs contrarijs.

18 Et primo quidem elementa ita tranſmutantur,

19 ex his autem carnes, & oſſa, & quæ talia, calido quidem facto frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt.

Digitized by Google

vltimæ actualitates pereunt, atq; ex remanentibus entitatibus ob nouam ſuperuenientem actualitatem efficitur mixtum, quod mediæ cuiuſdam naturæ eſt, & omniũ miſcibilium naturas redolet. 20 Cum vero in hoc medio nullum ſimpliciter excedat elementum, haud vnam, ac determinatam miſcibilium proportionem obtinet, ſed multiplicem, eorum, quæ ad mixtionem veniunt, multiplici exiſtente ratione. 21 Atq; eodẽ modo ſiccum, & humidum, aliaque huiuſmodi miſcibilia ad certã mediocritatẽ, ac temperiem ducta carnem, os, aliaque ſimilia faciunt.

20 Hic enim neutrum, mediũ autem multa, & non indiuiſibile.

21 Similiter autem ſiccum, & humidum, & alia talia ſecundum medietatẽ faciunt carnem, & os, & alia huiuſmodi.

Tex. 49.

1 Omnia autẽ mixtã corpora, quæcumque circa medij locum ſunt ex omnibus compoſita ſunt ſimplicibus.

2 Terra enim ineſt omnibus, quia vnumquodq; eſt maxime, & multum in proprio loco.

3 Aqua autem, quia indigent terminari ipſa compoſita, ſolam autem eſſe ſimplicium facile terminabilem aquam.

1 Verum vt mixtorum natura, quam adhuc explicauimus, innoteſcat magis, omnia mixta corpora, quæ in terris degunt, ex omnibus elementis conſtare demonſtrandum eſt. 2 Etenim terram omnibus ineſſe mixtis id clare oſtendit, quod eorum vnumquodq; præcipue in terra, vt in proprio, & naturali quieſcat loco. Certum autem eſt illius id maxime participare naturam, in quo, vt in proprio ineſt loco. 3 Præterea, & aqua in quocumque reperitur mixto. Nam ſubſtantiale mixtum terminari, & figurari debet, at ſola aqua ex omnibus ſimplicibus corporibus ipſum vndiq; permeans mixtum reddit aptum, vt quemcumq; facile terminum, & figuram ſu-

ſcipere

Digitized by Google

ſcipere queat, ergo aquam omnia continent mixta.[4] Deinde abſque humido terra conſiſtere nequit, hoc enim eam coniungit, & quaſi conglutinat, atq; ſi ex ea detrahatur humidum in puluerē vtique dilabitur, ac decidit, cum igitur in mixto inſit terra, & ipſam quoq; ineſſe aquam oportet.[5] Atque has ob cauſas in mixtis corporibus terram, & aquam reperiri neceſſe eſt. Ex his vero, & aerem quoq; atque ignem mixta continere corpora demonſtrari poteſt. [6] Nam aer, & ignis terræ, & aquæ opponuntur, ſiquidem aeri terra, igni vero aqua oppoſita eſt,[a] ea ratione, qua inter ſubſtantias ob affectiones, quas habent oppoſitio eſſe poteſt.[7] Quoniam igitur ex contrarijs mutationes omnes prodeunt,[8] atque oppoſitorum alia, nempe terra, & aqua in mixtis refracta ob proprias deperditas actualitates inſunt, [9] & alia quoque oppoſita ineſſe, vt aerem, & ignem oportet.[10] Quapropter manifeſtum eſt in vno quoque mixto perfecto omnia ſimplicia elementa eſſe.

[1] Sed mixtorum ex elementis compoſitionem teſtari maxime videtur alimentum, quo mixta quæcumque ali, & nutriri ſolent.[2] Etenim ex ijs vnumquodque nutritur [a] ex quibus conſtat, at omnia mixta ex omnibus nutriuntur

Z elemen-

4 Amplius autem, & terra ſine humido non poteſt conſiſtere, ſed hoc eſt, quod continet; ſi enim auferatur ex ipſa omnino humidum decidet vtiq;.

5 Terra igitur, & aqua propter has inexiſtunt cauſas.

6 Aer autem, & ignis, quoniā cōtraria ſunt terræ, & aquæ, terra enim aeri, aqua vero igni contraria eſt, vt contingit ſubſtantiam eſſe contrariam ſubſtantiæ.

a S. Thomas.

7 Quoniam igitur generationes ex contrarijs ſunt.

8 inexiſtunt autem altera extrema contrariorum,

9 neceſſe eſt, & altera ineſſe.

10 Quapropter in omni compoſito omnia ſimplicia inerunt.

Tex. 50.

1 Teſtificari autem videtur, & nutrimētum vniuſcuiuſq;

2 Omnia enim nutriuntur ex ijs ex quibus ſunt, omnia vero ex multis nutriuntur:

Digitized by Google

elementis, ergo, & ex omnibus conſtat. Patet maior, quandoquidem alimentũ in eius quod alitur ſubſtantiam vi caloris tranſmutatur . Probatur minor , 3 quia plantæ naturam maxime terream nactæ , quæ vnicum pro alimento poſcere tantummodo elementum , vt aquam videtur , ex omnibus nutriuntur elementis. 4 Etenim aqua admixta terræ aluntur plantæ, eaſq; proinde colentes agricolæ aquis irrigare terras , & fimo aſpergere ſolent , in quo quidem alimento cum duo inſint elementa, terra , & aqua , reliqua etiam duo aerem, & ignem ineſſe oportet . Quamobrem ſi ex omnibus elementis aluntur plantæ, & id omnibus quoque mixtis competere manifeſtum eſt. 5 Ex his quoniam alimentum eius , quod alitur materia eſt , ex qua tranſmutata deperdita reparatur ſubſtantia , 6 id vero, quod ſuſcipit alimentum, vt forma ; ac ſpecies in materia exiſtens ſe habet, ad quam veluti ad propriam finem mutatio , ac nutritio tendit , 7 rationi conſentaneum eſt ſolum ignem ex omnibus corporibus ſimplicibus, quę mutua generatione oriuntur, quemadmodum, & veteres aiunt Philoſophi, nutriri , & ali. 8 Etenim ſolus ignis formæ rationem maxime ſubit, aliaq; elementa , vt propriam reſpicit materiam , quæ igi-

tur

3 Etenim quæcumq; viderentur vno ſolo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur ;

4 mixta eſt enim aqua terræ, ideo agricolæ tentant, cum miſcuerint irrigare.

5 Quoniam autem eſt nutrimentum quidem materiæ ,

6 quod autem nutritur comprahenſum cum materia forma, & ſpecies ,

7 rationabile iam ſolum ſimplicium corporum nutriri ignem omnium ex ſe inuicem generatorum, quemadmodum, & priores dicunt.

8 Solus enim eſt , & maxime ipſius formæ ignis ,

tur in ignem deſinit mutatio nutritionis dumtaxat nomine digna eſt, ſi large, & improprie ſumatur nutritio pro quacumque mutatione, qua ens perfectius, ac formæ rationem habens gignitur. Antecedens probatur,[9] nam ignis ſuapte natura ſurſum euolat, & ad terminum fertur, nempe ad concauum cæleſtis orbis, qui ſimplicia omnia, & ſublunaria continet, ac regit corpora; [10] vnumquodque enim ad propriam maxime regionem interna ſic impellente natura mouetur; [11] at id, quod terminat, & circumſcribit formæ, ac ſpeciei rationem obtinet, vaga enim, & indefinita exiſtens materia ab ipſa regitur, ac terminatur forma, ergo ignis cum ad ſimplicium corporum formam, ac terminum feratur, formæ, ac ſpeciei rationem ad hæc, quę & ipſe continet corpora habebit. [12] Ex his igitur omnia corpora mixta ex omnibus eſſe conſtituta elementis perſpicuum eſt.

9 quia natus eſt ferri ad terminum.

10 Vnumquodq; autem natũ eſt ad ſuam ipſius ferri regionem;

11 forma autem, & ſpecies omnium in terminis.

12 Quod igitur omnia corpora ex omnibus conſtituta ſũt ſimplicibus dictum eſt.

Iam ortus, ac interitus nomen, & materialem explicauimus cauſam. Nũc eorundem efficientem inueſtigare cauſam oportet. Quod quidem facilius præſtabimus, ſi quæ de communibus generationis principijs alibi dicta ſunt repetemus.

1 Quoniam igitur quædam corpora ortui, interituiq; obnoxia ſunt, vt plan-

Tex. 51.

1 Quia vero ſunt quædam generabilia, & corruptibilia, &

Digitized by Google

generatio exiſtit in eo, qui eſt circa medium loco, dicendum de omni generatione ſimiliter quot, & quænã eius principia:

2 Facilius enim ſic ſingularia conſiderabimus, quando de vniuerſalibus acceperimus primum.

3 Sunt igitur, & numero æqualia, & genere eadem, quæ, & in ſempiternis, & in primis:

4 illud enim vt materia eſt, hoc autem vt forma.

5 Oportet autem, & tertium adhuc adeſſe:

6 non enim ſufficientia ſunt ad generandum duo, quemadmodum neque in primis.

a S. Thomas.

7 Vt materia igitur generabilibus cauſa eſt, quod poſſibile ſit, & non ſit.

8 Hæc enim ex neceſſitate ſunt, vt æterna, hæc autem non ſunt ex neceſſitate.

tæ, animalia, cæteraq; mixta, atque eorum circa terram potiſſimum generatio contingit, conſentaneum eſt, vt antequam de ijs, eorumque generationibus particulatim diſſeramus, communia ipſorum principia, & cauſas pertractemus. 2 Sic enim facilius ſingularia cuiuſque generationis principia contemplabimur, ſi cõmunes prius, & vniuerſales cauſas acceperimus. 3 Neceſſe autem eſt tot numero principia eſſe, & in primis, ac ſempiternis corporibus, & in ijs, quæ ortum, ac interitum ſubeunt, eademque genere quodam analogo inter ſe conuenire. 4 Atque horum aliud quidem vt materia eſt, aliud vero vt forma, 5 quibus, & principium adhuc tertium addere oportet. 6 Neque enim ad rerum generationem efficiendam a materia, & forma ſufficiunt, ſed ipſum quoq; efficiens requiritur, quemadmodum nec in cœleſtibus corporibus ad cauſandum motum ipſius orbis magnitudo ſufficit, quæ ſuſcipiat motum, ſed efficiens etiam principium neceſſarium eſt, quod cæleſte corpus æterno circum agat motu. 7 Materia igitur, quæ in corporibus ortui, ac interitui obnoxijs ineſt, præcipua videtur cauſa ob quam eſſe, & non eſſe queunt corpora. 8 Etenim quædam ex neceſſitate ſunt, vt corpora cœleſtia, quædam ex neceſſita-

Digitized by Google

te non ſunt, vt chimera, & ſimilia. [9] Atque horum illa quidem impoſſibile eſt non eſſe, hæc autem impoſſibile eſt eſſe, [10] quoniam ea, quæ neceſſaria ſunt, aliter ſe habere nequeunt. [11] Quædam verò eſſe, & non eſſe poſſunt, quemadmodum ea, quæ ortum, ac interitum patiuntur, interdum enim hæc ſunt, interdum verò non ſunt. [12] Quamobrem neceſſarium eſt ea gigni, ac interire apta eſſe, quæ ad eſſe, & non eſſe potentiam habent. [13] Materia ergo eſt, ob quam eſſe, & non eſſe corpora queunt. [14] At forma, & ſpecies id eſt, cuius gratia generatio fit, ob quam ſubſtantia vnaquęque propriam rationem, & quidditatem habet, forma enim, & finis ſolo reſpectu, & conſideratione differunt. [15] Neceſſe autem eſt, & tertium adeſſe principium, nempe generationis efficiens, quod omnes ſomniarunt Veteres, nullus tamen ſufficienter expreſſit.

[1] Quidam igitur ſtatuunt res effici ab ideis, nempe à ſubſtantijs quibuſdā materiæ expertibus, quemadmodum in Phædone Socrates. [2] Etenim vbi ille cæteros tamquam nihil loquutos redarguit, eorum, quæ ſunt quædam eſſe formas, & ideas, quædam quæ ideas formaſque participent, & vnumquodque actu eſſe, propriamque ob nactam formam ſortiri denominationem, ſuſce-

ptione

9 Horum autem hæc quidem impoſſibile eſt non eſſe,

10 quia non contingit circa neceſſarium aliter ſe habere.

11 Quædam vero eſſe, & non eſſe poſſibilia, quod eſt generabile, & corruptibile, quandoq; enim eſt hoc, quandoque autem non eſt.

12 Quapropter neceſſariū eſt generationem eſſe circa corruptionem eſſe circa poſſibilia eſſe, & non eſſe.

13 Ideoq; vt materia quidem, hæc eſt cauſa generabilibus,

14 vt autem cuius gratia forma, & ſpecies: hæc autem eſt ratio vniuſcuiuſque ſubſtantię.

15 Oportet autē adeſſe, & tertium, quod omnes quidem ſomniant, dicit autē nullus.

Tex. 52.

1 Sed hic quidem ſufficientē exiſtimauerunt cauſam eſſe ad generandum formarū naturam, quemadmodum in Phædone Socrates.

2 Etenim ille increpans alios, vt nihil dicentes, ſupponit quod ſunt entium, hæc quidem formæ hæc autem participatiua formarum, & quod eſſe quidem vnumquodque dicitur ſecundum formam, generari autem ſecūdum ſuſceptionem, & corrumpi ſecundum abiectionem.

ptione autem oriri, & abiectione interire ſupponit. Arbitratur enim ex immaterialium impreſſione formarũ, proprias vniuſcuiuſque rei formas, quaſi adumbratas quaſdam earum ſimilitudines, & imagines in materiæ ſinum defluere, itàque dum impreſſio illa perſeuerat, res genitas ſubſiſtere, cum euaneſcit interire. 3 Quamobrem ſi vera hæc ſunt immateriales formas rerum ortus, ac interitus cauſas eſſe neceſſario putat. 4 Alij verò efficienté generationis cauſam intrinſecam eſſe opinantur, nempe materiam è qua bene diſpoſita, & accidentium apparatu inſtructa prodeunt omnia, & in lucem efferuntur. 5 Sed neutra opinio vera eſt. 6 Nam quoad primam ſpectat, a ſi ſeparatæ formæ, & ideæ efficientes generationis cauſæ ſunt, quam ob cauſam perpetuã, & continuam haud rerum generationẽ efficiunt, ſed interdum quidem agunt, interdum verò quieſcũt, cum perpetuo exiſtant, eiſque nihil deſit, quominus operentur, & materia ſemper in promptu ſit ad excipiendas formas? Etenim idem eodem modò ſe habens ſemper facit idem, at æterna illa rerum exemplaria, cum nulli ſint mutationi obnoxia, eodem pacto ſemper ſe habeãt neceſſe eſt, nunquam ergo ceſſabunt ab inferendis formis in eandem materiam. Quoniam

verò

3 Quapropter ſi hæc vera sũt, formas exiſtimat ex neceſſitate cauſas eſſe, & generationis, & corruptionis.

4 Hi autem ipſam materiam ab hac enim eſſe motum.

5 Neutri autem dicunt bene.

6 Si enim ſunt cauſæ formæ, quare non ſemper generant continue, ſed quandoq; quidem, quandoq; autem non, exiſtentibus, & formis ſemper, & participatiuis?

a S. *Thomas.*

verò materiam haud alias, & alias perpetuo formas induere,ſed vnam,& eandem tempore alquando retinere videmus,ſeparatas ideas efficientes generationis cauſas non eſſe fateri cogimur. 7 Præterea in ijs, quæ arte fiunt, præter ipſas immateriales formas, primum aliquod principium mouens neceſſarium eſſe experimur.[8] Etenim Medicus ſanitatem facit; & magiſter ſcientiam ingenerat, etſi ſanitatis; & ſcientiæ ſpecies, atq; ideæ ſint, eaq; prorſus exiſtãt, quæ & ſanitatem,& ſcientiam recipere queant. 9 Idem verò, & in alijs contingit, quæ ex arte operantur. Quamobrem ſi ars æmula, imitatrixq; naturæ eſt; & in arte præter formam, & ideam efficiens reperitur,in natura etiam præter formã alia concedenda cauſa erit,quæ generationem efficere apta ſit.

1 At qui materiam propter motum, & diſpoſitiones generare dicunt,ij profecto magis ad naturam conuenienter loquuntur, quam qui priorem tuentur ſententiam. 2 Nam id,quod alterat,& tranſmutat in rebus naturalibus,generationis cauſa magis eſt, quam id, quod abſque motu ſe ipſum communicans generat, 3 atq; in omnibus,tam in ijs,quæ natura, quam quæ arte fiunt, id eſſe efficiens aſſerimus,quod alterat,ac tranſmutat.Qui autem materiam eſſe cauſam efficien-

7 Amplius autem in quibuſdam contemplamur aliam cauſam eſſe.

8 Sanitatem enim medicus facit, & ſcientiam ſciens, exiſtente,& ſanitate ipſa, & ſciẽtia,& participatiuis,

9 ſimiliter autem,& in alijs ſecundum potentiam operantibus.

Tex. 53.

1 Si autem materiam quis inquiat generare propter motum naturalius vtique diceret ita dicentibus.

2 Alterans enim, & tranſformans magis cauſa eſt generanti,

3 & in omnibus conſueuimus hoc dicere efficiens, ſimiliter,& in ijs,quæ natura,& in ijs, quæ ab arte fiũt, quod vtique motiuum.

Digitized by Google

efficientem aiunt, mouere ipſam, atque
alterare putant, contra verò ſentiunt,
qui immateriales inuehunt formas,atq;
ideas,earumque ſuſceptione generatio-
nem, abiectione autem interitum acci-
dere cenſent, ergo probabilior eorũ vi-
detur opinio,qui materiam ob motum,
quam qui ideas,& ſeparatas formas ge-
nerationis eſſe cauſas dicunt. 4 Verum
& hi quoque non recte ſentiunt. 5 Ete-
nim materia ſuapte natura patitur, &
mouetur, agere autem, ac mouere ad a-
liam facultatem, ac potentiam ſpectat,
neq; enim idem moueri, ac mouere po-
teſt,ergo materia efficiens cauſa non eſt.
6 Antecedens manifeſtum eſt,tum in ijs,
quæ arte, quam quæ natura fiunt. 7 A-
qua enim,quam rerum omnium eſſe ma
teriam quorundam ſtatuit opinio,ex ſe
ipſa haudquaquam gignit animal, item
nec lignum facit lectum, cuius materia
eſt, ſed artifex ob artem, quam habet,
lectum efformat,proprium igitur mate-
riæ pati, ac moueri tantummodo eſt.
8 Quamobrem eos aberrare maxime
conſtat,qui efficientem materiæ cauſam
tribuere audẽt. 9 Præterea & in eo quo-
que deficiunt iſti, a quod præcipuam,&
nobiliſſimam auferunt cauſam, nempe
formam, & quiditatem. Efficiens enim
eatenus agit,quatenus in actu eſt,at for
ma, & quiditas vniuſcuiuſq; rei actus,
& ra-

4 Sed tamen neq; hi recte dicunt.

5 Materię enim eſt pati,& moueri,& mouere autem,& facere alterius potentiæ.

6 Manifeſtum autem,& in ijs, quæ arte,& natura generantur.

7 Non enim ipſa facit aqua animal ex ſeipſa, neq; lignũ lectum,ſed ars.

8 Quocirca,& hi dicunt non recte propter hoc.

9 Et quoniam derelinquunt principaliorem cauſam, auferunt enim quod quid eſt eſſe,& formam.

a *Alexander apud Philoponum.*

Digitized by Google

& ratio videtur, qui igitur efficientē auferunt cauſam & ipſam quoque tollunt formam, & quidditatem.

1 Porrò cum potentias, & qualitates attribuant materiæ, a iiſq; rerum generationem fieri aſſerant, inſtrumentalem dūtaxat generationis cauſam aſſignant, auferentes eam, quæ forma eſt, ac natura, & prima, ac præcipua videtur cauſa. 2 Aiunt enim calidum ſuapte natura ſegregare, & frigidum congregare, aliorū autem vnumquodque hoc quidem agere, illud verò pati aptum eſſe. Quamobrem ex his alterius haudquaquam agētis ope requiſita omnia gigni, ac interire cenſent. Certum autem eſt paſſibiles qualitates inſtrumentarias dumtaxat generationis cauſas eſſe. 3 Nam ignis, qui maxime actiuus eſt, cum animata gignit corpora, ab aliqua ſuperiori cauſa mouetur, ac regitur, ſicq; formam ſuperiori ſimilem agenti procreat, ergo potiori iure id paſſibilibus competere qualitatibus dicendum eſt, vt abſq; primario alio agente rerum generationem efficere nequeant. 4 Deinde qui paſſibiles ſolas qualitates agere dicunt, per inde faciunt, ac ſi quis, ſerræ alijſq; inſtrumētis eorum, quæ arte fiunt, cauſam potiſſimam tribuat. 5 Neceſſe enim eſt aliquo mouente lignum, & à ſerra diuidi, & à dolabra æquari, idemque & in cæteris

AA con-

Tex. 54.

1 Amplius autem, & potētias attribuunt corporibus, propter quas, & generant valdè inſtrumentaliter auferentes eam, quæ ſecundum formā cauſam.

a *Auer. S.Thomas.*

2 Quoniam enim natum eſt, inquiunt, calidum quidē ſegregare, frigidum autem cōgregare, & aliorum vnumquodq; hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicūt, & per hæc omnia alia generari, & corrumpi.

3 Videtur autem, & ignis ipſum quod mouetur, & patiens,

4 Amplius ſimile faciunt, vt ſi quis ſerræ, & vnicuique inſtrumentorum attribuat cauſam eorum, quæ generātur.

5 Neceſſe enim eſt, & ſerrante diuidi, & poliente leuigari, & in alijs ſimiliter.

Digitized by Google

contingit. Quamobrẽ & paſſibiles qualitates ſuperiori aliqua egent cauſa, à qua ad ſubſtantiales producendas formas dirigantur. [6] Etſi enim ignis maxime agat, quo modo tamen per ſe ſumptus id præſtet, non vident, quoniam deterius, quam inſtrumenta mouet, quæcumq; ſubiecta deſtruens, & abſumens.

6 Quocirca, ſi quam maxime facit, & mouet ignis, ſed quo modo mouet, non vident, quoniam deterius, quam inſtrumenta.

Tex. 55.

1 Nobis autem, & vniuerſaliter prius dictũ eſt de cauſis, & nunc determinatum eſt de materia, & forma.

[1] Quoniam verò in Phyſicis de cauſis rerum in vniuerſum actum eſt, atque nuper quidem materiæ, & formæ, ac finis rationes attigimus, de prima iam, æternaque rerum ortus, ac interitus efficiente cauſa ex propria ſententia dicendum eſt. Neq; enim proximam, & peculiarem cuiuſq; generationis cauſam indagare oportet, quandoquidem eam determinatam cuiuslibet rei formam, & naturam eſſe conſtat. [2] Cum igitur in libris de Phyſico auditu cæleſtem, æternum, ac perpetuum eſſe motum demonſtratum ſit, neceſſe vtiq; erit ſublunariũ generationes corporum, atq; interitus continuo fieri, & perpetuo propagari. [3] Cæleſtis etenim motus generationes, & corruptiones indefecta ſerie decurrere facit, quatenus id, quod gignendi vim obtinet adducit, abducitq; nempe Solẽ, qui hoc pacto ad ſublunaria transmutanda corpora applicatur. [4] Ex his patet recte à nobis in Phyſicis dictum eſſe, haud quidem generationem, ſed ipſam

2 Amplius autem quoniam ſecundum lationem motus demonſtratum eſt, quod eſt perpetuus, neceſſe eſt his exiſtentibus, & generationem eſſe continue.

3 Latio enim faciet generationem inceſſanter, quia adducit, & abducit generatiuũ.

4 Simul autẽ manifeſtum eſt, quod & priora bene dicta ſunt oprimam tranſmutationum lationem, ſed non generationem dicere.

ipſam dumtaxat lationem inter omnes muationes principatum obtinere, primamq; omnium iure dici, atq; cœleſte proinde corpus, quod æterna latione rotatur, efficiētem perpetuæ generationis cauſam eſſe. 5 Etenim rationi magis conſonum videtur ab eo, quod perpetuo eſt, id gigni, quod non eſt, quā ab eo, quod non eſt, fieri, id quod ſemper eſt. 6 At cæleſte corpus, quod æterna latione fertur, ſemper eſt, id verò, quòd gignitur, non eſt, 7 ergo & generatione prior latio eſt, & ea perpetuo circumactum corpus continuam, ac ſempiternā rerum generationem facit.

5 Multo enim rationabilius ens nō enti generationis cauſam eſſe, quam non ens enti ipſius eſſe.

6 Quod fertur igitur eſt, quod generatur autem non eſt.

7 Propter quod & latio prior eſt generatione.

1 At verò quoniā ſuppoſitum, ac demonſtratum eſt continuam eſſe rerum generationem, & corruptionem, 2 atq; harum mutationum cauſam cæleſte corpus æterna latione motum eſſe dicimus, 3 manifeſtum eſt cæleſtium corporum primum, quod vna, eademque latione cietur, & inferiores æternò rapit, circū agitq; orbes, vtraſque haud mutationes efficere. 4 Nam idem eodē ſemper modo ſe habens idem facere aptum eſt, at cæleſtium corporum primum eodē perpetuo fertur motu, 5 ergo aut ſemper generationem dumtaxat, aut ſolum interitum cauſabit. Oppoſitæ enim ſunt hę mutationes, & ab eadem proinde cauſa ſimiliter agente fieri nequeunt.

Tex. 56.

1 Quoniam autem ſuppoſitū eſt, & demonſtratum continuam eſſe rebus generationem, & corruptionem,

2 dicimus autem lationē cauſam eſſe generationis,

3 manifeſtum eſt, quod vna exiſtente latione non contingit fieri ambo, quia contraria ſunt.

4 Idem enim, & ſimiliter ſe habens ſemper idem natum eſt facere.

5 Quocirca generatio erit ſēper, aut corruptio.

Digitized by Google

[6] Quamobrem plures, eoſque oppoſitos cæleſtis corporis motus eſſe oportet, [7] aut latione, quia ſint plures motus oppoſiti, [8] aut inæqualitate, ex eo quod vnus quidem ſit motus, ſed inæqualiter ad ſublunaria corpora ſe habeat. [9] Oppoſitos enim effectus ab oppoſitis prouenire cauſis neceſſe eſt. [10] Cum igitur cæleſtium corporum primum eodem perpetuo cieatur motu, & eodem ſemper modo ſublunaria reſpiciat corpora, ortus, ac interitus cauſa non erit, [11] ſed aſtrum Solis ſub circulo obliquo, nempe Zodiaco latum. [12] Hoc enim vno, & continuo quidem, minimeque interrupto agitur moto, ſed multiplici quodammodo, quatenus per eum ad inferiora hæc accedit corpora, & ab ijs recedit. [13] Nam quia generationes, & corruptiones perpetuo fiūt, æterno, ac perpetuo Solē ferri motu oportet, vt perpetuam quoq; generationum, & corruptionum ſeriem efficiat, [14] ſed multiplici ex acceſſu, & receſſu conflato, vt nec ſemper generatio tantum, nec interitus accidat. [15] Atq; continuus Solis, [a] minimeque interruptus motus eſt, quia orbem ipſius ſupremum cæleſte corpus diurno rapit, & circumagit motu, [16] multiplex verò acceſſum, & receſſum continens, quia oblique ſub Zodiaco fertur. [17] Sic enim interdum adeſt

nobis,

6 Oportet autem multos eſſe, & contrarios motus,
7 aut latione,
8 aut inæqualitate.
9 Contrariorum enim contrariæ cauſæ.
10 Ideoq; non prima latio generationis cauſa, & corruptionis eſt,
11 ſed quæ ſecundum obliquum circulum.
12 In hac enim, & continuum vnum eſt, & moueri duobus motibus.
13 Neceſſe enim, ſi erit ſemper continua generatio, & corruptio, ſemper aliquid moueri, vt non deficiant ipſæ tranſmutationes.
14 duobus autem, vt non ſolū contingat alterum.
15 Continuitatis igitur quæ eſt totius latio cauſa eſt,
a *Alexander apud Philoponum.*
16 accedendi vero, & recedēdi inclinatio.
17 Contingit enim quandoq;

Digitized by Google

nobis, interdum abeſt,& cum inæquali interuallo diſtet,inæquali etiam, & multiplici feratur motu oportet. [18] Quamobrem ſi adueniens, & prope exiſtens Sol rerum generationem cauſat, abſcedens,& procul manens interitum cauſabit. [19] Atque ſi ſæpe adueniens generat, ſæpe etiam abſcedens corrumpet, oppoſitorum enim oppoſitæ videntur cauſæ. [20] Ex quibus manifeſtum eſt, quia Sol æquali ferme tempore ad inferiora accedit corpora,& ab ijs recedit, æquali etiam tempore,quæ naturæ præfinito curſu ſingulis accidunt annis generationem, atq; interitum fieri.

[1] Quoniam verò ſublunarium corporum generatio, & interitus cæleſtis actione corporis fiunt, [a] manifeſtum eſt,& omnia, quæ temporis menſuram patiuntur,& quæ vitam degunt,certam quandã, ac determinatam durationem à cæleſtibus corporibus nanciſci,eaque definiri,& circumſcribi. [2] Is enim ſublunarium corporum ordo eſt, vt à ſuperioribus dependeant, [3] omniaq; proinde tempori ſubiecta, vitamq; degentia corpora certa, ac præfinita durationis periodo menſurantur. [4] Verum haud omnibus idem vitæ ſpatium præſcriptum eſt,ſed his quidem breuius,illis autem longius. [5] Quorundam enim vitæ ambitus,ac menſura integrum cõplet

fieri longe, quandoque vero prope; inæquali vero diſtantia exiſtente inæqualis erit motus.

18 Quocirca ſi in adueniendo, & in prope eſſe generat, & in recedendo,& longe fieri idipſum corrumpit.

19 Etſi in ſæpe adueniendo generat,& in ſæpe recedendo corrumpit,contrariorum enim contrariæ cauſæ.

20 Et in æquali tempore corruptio, & generatio,quæ ſecundum naturam.

Tex. 57.

1 Ideo,& tempus, & vitã vniuſcuiuſque numerum habẽt, & hoc determinantur.

a S. Thomas.

2 Omnium enim ordo eſt;

3 & omne tempus, & vita mẽſurantur circuitu.

4 Sed tamen non eadem omnia,ſed hæc quidem minori, hæc autem maiori.

5 his enim annus, his autem maior, alijs autem minor circuitus eſt menſura.

plet annum, vt animalia quædam, & plantæ, quorundam verò menſura minor eſt, quorundam autem maior, quatenus vnumquodq; ens magis, aut minus virtutem à cæleſtibus corporibus infuſam ſuſcipit. Exiſtimandum enim eſt viuens in diuerſa cæli conſtitutione genitum, diuerſam quoq; vitæ periodũ nanciſci, quæ ad certum vſque tempus durat, niſi extrinſecis interuenientibus cauſis, vt fere contingit, vitæ recidatur ſtructura, quæ ob temperamentum acceptum diutius propagari poterat.

Tex. 58.

1 Apparent autem, & ſecundum ſenſum cõfeſſa his, quæ à nobis dicta ſunt.

2 Videmus enim quod adueniente quidem ſole generatio eſt, recedente autem corruptio,

3 & in æquali tempore vtrũq;

4 æquale enim tempus generationis, & corruptionis quæ ſecundum naturam.

5 Sed contingit ſæpe in minori corrumpi,

[1] Hæc autem, quæ dicta ſunt, vel ipſis conſpicua ſenſibus videntur. [2] Etenim Sole ad nos appropinquante inſigni fœtu, partuq; naturæ gigni, enaſcique viuentia, abſcedente autem in interitum ruere aduertimus: [3] hunc verò acceſſum, & receſſum pari, vt dictum eſt, menſura definiri conſtat, quandoquidem acceſſus à Capricorno ad Cancrum ſex menſibus peragitur, totidemque receſſus à Cancro in Capricornum & in acceſſu quidem ver, & æſtas, in receſſu autumnus, & hyems accidunt. 4 Ex quo patet ea, quæ naturæ curſu ſtatis temporibus fiunt, ac deſinunt, æquali tẽpore gigni, atq; interire. [5] Verum ſæpe contingit, vt quædam generationes, & corruptiones citius, aliæ tardius perficiantur, & ſtatutum à natura

tempus

tempus præuertant: [6] Quod quidem [a] ob mutuam elementorum permixtionem, ex quibus omnia fiunt, euenire certum eſt. [7] Quia enim elementa, quæ mixtorum ſunt materia inæqualem plerumq; temperiem ſortiuntur, & vbiq; eodem modo ſæpe diſpoſita nõ inſunt, inæquales fieri generationes oportet, & has quidem celerius, illas verò tardius accidere. [8] Vnde fit, vt ob horum generationem, aliorum interitus contingat, ſicq; plura ante ſtatutum à natura tempus intereant, genitis ijs, quæ ob elementorum diſpoſitionem prius quã definitum adſit tempus fiunt. [9] Sed quamuis ſæpe ordo, quem cæleſtia determinant corpora præuertatur, neceſſe tamen eſt perpetuas, & continuas eſſe rerum generationes, & corruptiones ob perennem, æternumque cæleſtium corporum motum.

[1] Hoc autem ſummo quodam conſilio, & ratione prouiſum eſt. [2] Nam ſemper natura in omnibus id conſueuit appetere, quod melius, ac præſtabilius eſt, at præſtabilius videtur eſſe, quàm non eſſe, igitur ſummo deſiderio appetit eſſe natura. Quod ſi fruſtra eſſe deſiderium naturæ inconueniens eſt, quæ natura conſtant ſemper habebunt eſſe. [3] Quot verò modis eſſe dicatur alibi monſtratum eſt. [4] Impoſſibile autem eſt,

6 propter ad inuicem confuſionem.

a S.Thomas.

7 Inæquali enim exiſtẽte materia, & non vbiq; eadem, neceſſe eſt generationes inæquales eſſe, & has quidem celeriores, illas autem tardiores.

8 Quocirca accidit propter harum generationem alijs fieri corruptionem.

9 Semper vero, vt dictum eſt, continua erit generatió, & corruptio, & nunquam deficiet, propter eam, quam diximus, cauſam.

Tex. 59.

1 Hoc autem rationabiliter contingit.

2 Quoniam in omnibus inquimus quod melius eſt deſiderare naturam ſemper, melius autem eſſe, quã non eſſe.

3 Eſſe autem quot modis dicimus in alijs dictum eſt:

4 hoc autem in omnibus im-

Digitized by Google

poſſibile exiſtere, propterea quod longe à principio diſtant,

5 reliquo modo compleuit totum Deus continuam faciens generationem.

6 Ità enim maxime continuabitur ipſum eſſe, quia proxime, & ſubſtantiæ fieri ſemper generationem.

7 Huius autem cauſa, vt dictum eſt ſæpe, circulo latio, ſola enim continua.

8 Ideo, & alia quæcumque tranſmutantur ad inuicem ſecundum paſſiones, & potentias, vt ſimplicia corpora, imitantur circularem lationem.

9 Cum enim ex aqua aer generetur, & ex aere ignis, & rurſus ex igne aqua circulo diximus reuertiſſe generationem quia rurſus reflectitur.

10 Quocirca, & recta latio imitans circularem cōtinua eſt.

eſt, quæ in his inferioribus degunt obtinere ſemper eſſe, ac neceſſario exiſtere, quoniam longe à primo rerum principio diſtant, in quo neceſſitas eſſendi radicata eſt. 5 Quamobrem Deus alio vtiq; modo naturæ deſiderium impleuit perpetuam rerum efficiens generationem, qua maxime conſeruatur natura, & immortalitatem quodammodo acquirit. 6 Sic enim rerum naturalium eſſe perpetuum fit, quatenus haudquaquam ſubſtantiarum deficiens generatio propriam earum ſpeciem ſeruat. 7 Atq; huius perpetuitatis efficiens, vt ſæpe diximus cæleſtis corporis latio eſt, quæ ſola perpetua, æternaq; eſſe poteſt. 8 Hinc vero accidit quæcumq; ſecundū paſſiones, & oppoſitas qualitates inuicem mutantur, qualia ſimplicia corpora, & elementa videntur, quoad fieri poteſt, circularem cæleſtium ſphærarū motum, qui antiquitate, continuitate, & æquabilitate primus eſt, æmulari. 9 Cum enim ex aqua gignitur aer, ex aere ignis, & rurſus ex igne fit aqua, circularem factam eſſe generationem dicimus, propterea quod iterum ad principium ſeſe reflexerit. 10 Quamobrem, & quæ rectà procedit elementorum generatio cæleſtem circularem imitata motum perpetua, & continua eſt, quandoquidem accedente Sole ignis, & aer, abſce-

abſcedente verò terra, & aqua fiant.

[1] Ex his facile quorundam ſoluitur dubitatio, quam ob cauſam elementa naturæ impetu in propriam regionem infinito iam tempore lata, nec à mixtis corporibus vnquam penitus abſtrahantur, nec ab inuicem ſeiuncta in proprijs exiſtant locis. [2] Nam huius rei cauſa mutua elementorum tranſmutatio eſt. [3] Si enim vnumquodq; elementum in propria maneret regione, & haud ab alio proximo tranſmutaretur elemento, iam vtiq; elementorum deſtitiſſent mutationes, omneſq; defeciſſent actiones, & paſſiones, & ſingula ab inuicem ſeiuncta elementa conſiſterent: [4] At mutua perpetuo elementorum tranſmutatio fit, aliorumq; generatio, & aliorum interitus accidit ob inæqualem, & multiplicem quodammodo cæleſtis lationē corporis. [5] Quamobrem eorum nullum in certo aliquo, & ſtatuto diù conſiſtit loco, ſed cum in aliud tranſmutatur elementum, ipſius quoque ſubit locum. [6] Ex dictis igitur manifeſtum eſt quod generatio, & corruptio in rebus ineſt, quam ob cauſam fiat, & quid ſit generabile, & corruptibile.

At quoniam cæleſte corpus motūm prima generationis, ac interitus cauſa non eſt, ſed mouens ipſum, à quo æterno cælum voluitur, & circumagitur motu,

Tex. 60.

1 Simul autem manifeſtum ex his, quod quidam dubitant, quare vnoquoque corporum in propriam lato regionem in infinito tempore non diſtrahuntur corpora.

2 Cauſa enim huius eſt ad inuicem tranſitio.

3 Si enim vnumquodque maneret in ſua ipſius regione, & nō tranſmutaretur ab eo, quod prope, iam vtique diſtracta fuiſſent.

4 Tranſmutantur igitur propter lationem duplicem exiſtentem;

5 quia autem tranſmutantur, non cōtingit manere vllum eorum in vlla regione ordinata.

6 Quod igitur eſt generatio, & corruptio, & propter quā cauſam, & quid generabile, & corruptibile ex his, quæ dicta ſunt, manifeſtum eſt.

tu, aliqua breuiter de hoc mouente diligentius alibi tradita, nunc denuo repetere congruum videtur.

1 Cum igitur motus ſit perpetuus, & cōtinuus, 2 quemadmodum in Phyſicis dictum eſt, & mouens aliquod eſſe perpetuum, & vnum, idemq;, & immobile ab omni alteratione, ac generatione remotum oportet. 2 Atque cum plures circulares ſint motus, & plura quoq; eſſe mouentia neceſſe eſt, quæ ab vno tamen, ac primo dependeant mouente, quod omnis origo motus exiſtat. 3 Arbitrandum autem eſt tempore exiſtente continuo, & ipſum continuum eſſe motum. Nam tempus ſine motu eſſe, motumque ſine tempore impoſſibile eſt, 4 quo fit, vt tempus alicuius continui motus menſura ſit, nempe circularis, vt diximus, ac demonſtrauimus in Phyſicis, ergo ſi continuum tempus eſt, & circularis continuus erit motus.

1 Sed dubitari poteſt, cum motum eſſe continuum dicimus, vtrum continuus dicatur, propterea, quod id quod mouetur continuū ſit, an propter ipſum terminum, ad quem tendit motus, ſiue locus, ſiue affectio, & qualitas exiſtat. 2 Perſpicuum autem eſt, ideo motum eſſe continuum quoniam cæleſte corpus, quod mouetur continuum eſt. 3 Neq; enim ob affectionem continuitatē ſortitur

Tex. 61.

1 Quoniam autem neceſſe eſt eſſe aliquod mouens, ſi motus erit, vt dictum eſt prius in alijs, &. ſi ſemper, quod oportet aliquid ſemper eſſe, et ſi continuus, vnum, idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile,

a Philoponus.

3 & ſi multi circulares motus, multa quidem omnia autem quodammodo eſſe hæc neceſſe ſub vno principio.

3 Continuo autem exiſtente tempore neceſſe motum cōtinuum eſſe, ſiquidem impoſſibile tempus ſine motu eſſe,

4 continui igitur alicuius numerus tempus, circularis ergo, quemadmodum in his, qui in principio ſermonibus determinatum eſt.

Tex. 62.

1 Continuus autem motus, vtrum quia id, quod mouetur, continuum eſt, an quia id, in quo mouetur, velut locum dico, aut paſſionem?

2 Manifeſtum itaq; quod eo, quod id quod mouetur:

3 Quomodo enim continuā paſſio, niſi quia res, cui accidit contin ua eſt?

Digitized by Google

ſortitur motus, cum idcirco ſit affectio continua, quia in continuo ineſt ſubiecto. 4 Quod ſi motus continuitatem à proprio termino habet, eam à loco dumtaxat habebit, quatenus magnitudinem, & continuitatem habet locus. 5 At omnis haudquaquam motus ad locum perpetuus, & continuus eſt, ſed is ſolum, qui in circulum fit, hic enim ſemper idem, & ſibi ipſi continuus eſt. 6 Quare cæleſtis motus à corpore, quod circulari cietur motu, cõtinuitatem habet, 7 eamque tempus à motu nanciſcitur.

4 Si autem, & quod id, in quo, ſoli loco hoc ineſt, magnitudinem enim quãdam habet;

5 huius autem quod circulo ſurſum continuum, quocirca ipſum ſibi ſemper continuum eſt.

6 Hoc igitur eſt quod facit continuum motum, quod circulo fertur corpus,

7 ipſe autem motus tempus.

1 Quoniam vero in his, quæ per ortum, aut alterationem, aut aliam omnino mutationem continenter, ac perpetuò mouentur, eum ſeruari ordinem experimur, vt perennes, ac perpetui rerum ortus, & occaſus nulla vnquam intermiſſione facta contingant, 2 conſiderandum eſt, num eiuſmodi ſeries ita procedat, vt priuata alicuius rei generatio neceſſaria ſit, an potius omnes accidentario eueniant, poſſintque eſſe, & non eſſe.

Tex. 63.

1 Quoniam autem in his, quæ continue mouentur ſecundum generationem, aut alterationem, ant omnino tranſmutationem, videmus conſequenter exiſtens, & quod generatur hoc poſt hoc, vt non deficiat,

2 conſiderandum vtrum eſt aliquid, quod ex neceſſitate erit, an nihil, ſed omnia contingit non facta eſſe.

1 Manifeſtum autem eſt eorum, quæ generantur quædam ex neceſſitate non eſſe. a Nam aliter verbo (erit) & aliter verbo (futurum eſt) vtimur, quandoquidem verbum (erit) in his, quæ neceſſario poſt aliqua fiunt vſurpamus,

Tex. 64.

1 Quod enim quædam manifeſtũ eſt, & mox ipſum erit, & ipſum erit futurum alterũ propter hoc.

a *Philoponus.*

2 Quod enim verum dicere, quod erit, oportet hoc eſſe quandoq; verum, quod eſt.

3 Quod autem nūc verum eſt dicere quod futurum eſt, nihil prohibet nō factum eſſe, ambulaturus enim quis non ambulabit.

Tex. 65.

1 Omnino autem quoniam contingit quædam entium eſſe, & non eſſe, manifeſtum eſt quod, & quæ generantur, ita ſe habebunt, & non ex neceſſitate hoc erit.

2 Vtrum igitur omnia ſunt talia, an non?

Tex. 66.

1 Sed quædam neceſſe eſt ſimpliciter fieri.

2 Et eſt quemadmodum in ipſis eſſe, hæc quidem impoſſibilia non eſſe, hæc autem poſſibilia,

3 ita, & circa generationem vt factas eſſe verſiones neceſſe eſt, & non poſſibile eſt non contingere.

Tex. 67.

1 Si igitur quod prius neceſſe eſt factum eſſe, & quod poſterius erit, vt ſi domus fundamentum, ſi vero hoc, lutum, nunquid ſi fundamentum factum eſt, neceſſe, & domum factam eſſe, an non amplius, niſi & illud neceſſe ſit generatū eſſe ſimpliciter?

a *Philoponus.*

verbum autem (futurum eſt) in ijs, quæ contingenter accidunt. [2] Cum enim de aliquo affirmamus, quod erit, hoc adſit aliquando neceſſe eſt, vt cum dicimus, quod hyeme tranſacto erit ver. [3] Cum vero de aliquo aſſerimus, quod futurum eſt, hoc haud fieri nihil prohibet, ſi enim futurum eſſe dicamus, vt quiſpiam ambulet, contingere poteſt, vt non ambulet.

[1] Præterea omnino contingit quædam ex neceſſitate eſſe, quædam non eſſe, ergo & eorum quoq; generationes aliæ neceſſario, aliæ contingenter fient. [2] Vtrum igitur omnia eiuſmodi ſint, vt neceſſario gignantur, an alia quidem neceſſariam, alia contingentem generationem habeant?

[1] Reſpondeo ſimpliciter quędam ex neceſſitate fieri. [2] Nam quemadmodum entium quædam non poſſunt non eſſe, quædam verò poſſunt non eſſe, [3] ſic, & in eorum generatione accidit, vt quædam ex neceſſitate fiant, veluti cæleſtium conuerſiones orbium, quæ ex neceſſitate fiunt.

[1] Verum, & id quæri poteſt,[a] vtrum ſicut id, quod ortu prius eſt, neceſſario arguitur ex eo, quod ortu poſterius eſt, vt ex domo fundamentum, ex fundamento lutum, ita retro commeet, & ex priori colligatur neceſſario poſterius, hoc

Digitized by Google

hoc eſt, vtrum quibuſcumque ineſt neceſſarium ex ſuppoſitione, his & ſimpliciter neceſſarium inſit? Reſpondeo cum poſterius neceſſarium ſimpliciter eſt ex priori tum neceſſario colligi. [2] Atq; ſi hoc pacto neceſſarium ſit, fundamento vtiq; genito, & ipſam gigni domum neceſſe erit, [3] ſic enim ſe habet prius ad poſterius in his, quæ ſimpliciter neceſſario fiunt. [4] Ex quo id etiam accidit, vt ſi poſterius exiſtat, ipſum quoq; prius neceſſario genitum ſit. [5] Quomobrem in his mutuo reciprocare licet, vt ſi poſterius gigni neceſſe ſit, prius etiã gigni debeat, & ſi prius gigni oporteat, poſterius etiam gigni conſentaneum ſit. [6] Hoc autem poſterius non ex eo ſequitur, quod prius iam factum ſupponat, ſed quia ex propiæ conditione naturæ futurum neceſſario eſt. [7] Ex quibus patet in his, quorum poſterius neceſſarium ſimpliciter eſt, conuerſionem fieri, vt priori genito ex neceſſitate ſit genitum poſterius, & genito poſteriori, prius quoq; neceſſario genitum ſit. Quibuſcumque igitur neceſſarium ſimpliciter ineſt, ex ſuppoſitione etiam neceſſarium inerit: at his, quibus neceſſarium ex ſuppoſitione competit, ſimpliciter quoq; neceſſarium competere neceſſe non eſt.

Simpliciter autem neceſſarium in

eorum

2 Si autem hoc neceſſe, & fundamento generato, generatam eſſe domum,

3 ſic enim quod prius ſe habebat ad poſterius;

4 Quare ſi illud erit neceſſe illud prius generatum eſſe.

5 Si igitur neceſſe generatum eſſe poſterius, & quod prius neceſſe, et ſi quod prius & quod poſterius igitur neceſſe.

6 Sed non propter illud, ſed quoniam ſuppoſitum erat ex neceſſitate futurum.

7 In quibus igitur poſterius neceſſe eſt eſſe, in his conuertitur, & ſemper priori generato neceſſe eſt generatum eſſe poſterius.

Digitized by Google

eorum generationibus eſſe nequit, quæ rectà procedunt, & ad formas ſunt, quæ ſpecie inter ſe perpetuò differunt. Nam aut in infinitum generationes tendunt, an non.

[1] Si igitur generationes inferius deſcendendo in infinitum progrediantur, veluti ex igne fiat aer, ex aere aqua, ex aqua terra, atque ex terra quoddam aliud in infinitum gignatur corpus, nullum eorum, quæ poſterius fiunt, nec ſimpliciter, nec ex ſuppoſitione generatum eſſe oportebit. [2] Etenim ſemper ſiue generatio ſimpliciter, ſiue ex ſuppoſitione fiat, prius aliquid eſſe, eoque exiſtente poſterius aliud gigni neceſſe eſt, [3] at in infinito neque prius, neque poſterius eſt, cum principio, & fine careat, ergo in generationibus eorum, quæ rectà in infinitum procedunt, ſimpliciter aliquid generatum eſſe impoſſibile eſt. [4] At verò nec in generationibus, quæ terminum, ac ſtatum aliquando habent, neceſſe erit aliquid ſimpliciter gigni, nempe domum, cum factum fuerit fundamentum. [5] Nam ſi neceſſario iacto fundamento gignatur domus, id ſemper eſſe oportebit, quod contingit non ſemper eſſe. [6] Neceſſe etenim eſt generationem ſemper eſſe, ſi ex neceſſitate fiat, [7] quandoquidem neceſſarium, & ſemper exiſtant

Tex. 61.

1 Si igitur in infinitum tēdet ad inferius, non erit neceſſe poſterius hoc generatum eſſe ſimpliciter, ſed neque ex ſuppoſitione.

2 Semper enim alterum antea neceſſe erit, ideo & illud neceſſe generatum eſſe.

3 Quocirca ſi non eſt principium infiniti, neq; primū erit aliquod, propter quod neceſſe erit generatum eſſe.

4 At verò, neq; in terminum habentibus hoc eſt dicere vere, quod ſimpliciter neceſſe ſit generatum eſſe, vt domū, quando fundamentum generatum fuerit.

5 Quando enim generatū fuerit, niſi neceſſe ſemper hoc generari, accidet ſemper eſſe contingens non ſemper eſſe.

6 Sed oportet generationi ſēper eſſe, ſi ex neceſſitate eſt eius generatio.

7 Ipſum enim ex neceſſitate, & ſemper ſimul, quod enim

ſtant ſimul, idque non eſſe impoſſibile ſit, quod neceſſario eſt. [8] Quamobrem ſi quid neceſſario eſt, æternum erit, & ſi quid æternum eſt, neceſſario quoque exiſtet. [9] Quo fit vt ſi alicuius neceſſaria generatio ſit, æterna, ac perpetua, & ſi æterna, ac perpetua ſit, neceſſaria vtique debeat eſſe. At abſurdum eſt generationem domus iacto fundamento ſemper eſſe, ergo neceſſaria ſimpliciter eſſe nequit. [10] Ex quibus manifeſtum eſt circularem dumtaxat generationum progreſſum abſolute, ac ſimpliciter neceſſarium eſſe, atque ex vna priori generatione ſequi ex neceſſitate aliam, qua idem ſecundum ſpeciem redeat, & ſi non continuatione, regreſſione tamen perpetuum fiat. [11] Nam vel finem aliquando generationem habere oportet, vel non, & ſi non habet, quoniam æterna, ac perpetua eſt, vel recto ordine fiat, vel in orbem recurrat neceſſe. [12] Cum igitur æterna ſit, recto ordine fieri nullo modo poteſt. [13] Neque enim vllum erit eius principium, vel ſi ad ea, quæ deinceps generanda ſunt reſpiciamus, vel ſi ad ea, quæ ſuperiori iam tempore genita fuerunt. [14] At principium eſſe neceſſe eſt, quandoquidem id ſimpliciter neceſſarium ſit, quod exiſtente priori ſit. [15] Quamobrem ſi æter-

nam

eſſe neceſſe, non poſſibile non eſſe.

8 Quocirca ſi eſt ex neceſſitate ſempiternum eſt, & ſi ſempiternum eſt, ex neceſſitate.

9 Et ſi generatio, igitur ex neceſſitate ſempiterna, & generatio huius, & ſi ſempiterna, ex neceſſitate.

10 Si igitur alicuius ex neceſſitate ſimpliciter generatio ſit, neceſſe circuire, & reuerti.

11 Neceſſe enim eſt, aut terminum habere generationẽ, aut non, & ſi non aut, in rectum, aut circulo.

12 Horum autem, ſiquidẽ erit ſempiterna, non in rectum poſſibile eſt,

13 quia nequaquã eſt principium, neq; ſi inferius, vt in futuris accipiamus, neq; ſuperius, vt in generatis.

14 Neceſſe autẽ eſt eſſe principium, non finita exiſtente,

15 & ſempiternam eſſe, ideo neceſſe eſt circulo eſſe.

Digitized by Google

nam aſſeramus generationem, recto haud ordine fieri, ſed in orbem recurrere fateri cogimur. 16 Neceſſe igitur eſt in generatione regreſſum fieri, vt ſi hoc neceſſario ſit, ergo & prius, ſi verò hoc, & poſterius fieri oporteat, atque id perpetuo, neque enim refert, vtrum inter duo, an inter plura hæc reciprocatio fiat. 17 Quamobrem in curculari motu, & generatione abſoluta neceſſitas reperitur, adeo vt ſi circularis generatio ſit, vnumquodque idem ſpecie gigni, ac genitum eſſe oporteat, & ſi hoc accidat, ex neceſſitate circularis fiat generatio.

1 Rationi verò conſentaneum eſt, circularem eſſe generationum progreſſum. 2 Nam circularis motus, quo cæleſtia feruntur corpora, æternus, ac perpetuus eſt, ergo & ſublunares omnes motus, qui ab eo, tamquam ab efficiente cauſa dependent, in orbem fiunt, æternique proinde, ac perpetui ſunt. 3 Si enim corpus in orbem motum aliquid mouet, & id quoque in orbem moueri oportet, quo fit, vt ſupremi latione corporis circulari exiſtente, Solis quoque circularis fiat latio. 4 Quoniam verò Sol in orbem mouetur, neceſſe eſt etiam dies, & horæ, & reliquæ temporis partes in

orbem

16 Conuerti igitur neceſſe erit, vt ſi hoc ex neceſſitate eſt, & quod prius ergo, ſed ſi hoc, & quod poſterius neceſſe generari, & hoc ſemper vtique continue, nihil enim hoc differt dicere per duo aut multa.

17 In circulari igitur motu, & generatione eſt, quod ex neceſſitate ſimpliciter, et ſi circulo, neceſſe vnum quodq; generari, & generatum eſſe, et ſi neceſſe, horum generatio circulo.

Tex. 60.

1 Hæc itaq; rationabiliter, a *S. Thomas.*

2 quoniam perpetuus, & alibi apparuit circulo motus, & qui cæli, quoniam hæc ex neceſſitate generantur, & erũt, quot huius motus sũt, & quot propter hunc.

3 Si enim quod circulo mouetur, ſemper aliquid mouet, neceſſe eſt & horum circularem eſſe motum, vt ſuperiori exiſtente latione circulari, ſol ſic.

4 Quoniam vero ſic, anni tẽpora propter hoc circulo generantur, & reuertuntur.

orbem recurrant. 5 His autem ſic motis, & generationes quoque omneſque ſublunares motus, qui ab ipſis menſurantur, ac dependent, in circulum fient.

1 Sed hic dubitatio eſt, quam ob cauſam hæc quidem circulo generantur, vt aer, & aqua, & cætera omnia, quæ ſpecie idem ſunt, ſi enim adſit nubes, pluat neceſſe eſt, & ſi pluat, adſit nubes oportet, alia verò, vt homines, & animalia, reliquaue indiuidua, nec circulo reuertantur, nec eadem rurſus numero contingant. 2 Neque enim ſi pater Socrates genitus eſt, & Platonem filium genitum eſſe, neque ſi genitus Plato filius eſt, & patrem Socratem genitum eſſe oportet. 3 Reſpondeo homines, & animalia, cæteraque indiuidua numero eadem reuerti non poſſe, quoniam eorum generatio haud in circulum redit, ſed rectà proficiſcitur. 4 Sed rurſus quæri poteſt, vtrum omnia ſimili reuertantur modo, an non, ſed hæc quidem eadem numero, hæc ſpecie ſolum redeant? 5 Reſpondeo quæ ſempiterna ſunt, & interire nequeunt, cum mouentur, numero eadem redire poſſe, vt idem Sol ad Arietem facta conuerſione cæli: neque enim antecedentem habent motum per quem acceperint eſſe.

5 His autē ita generatis, omnia ab his.

Tex. 70.

1 Quare ergo hæc quidem ita videntur, vt aqua, & aer circulo generari, et ſi nubes erit, oportet, & pluere, & ſi pluet oportet, & nubē eſſe, homines verò, & animalia non reuertuntur in ſeipſa, vt eadem rurſus generetur idem.

2 Non enim neceſſe ſi pater generatus eſt, te generatum eſſe, ſed ſi tu, illum.

3 In rectum autē videtur eſſe hæc generatio.

4 Principium autem conſiderationis rurſus hoc, vtrum ſimiliter omnia reuertuntur, an non, ſed hæc quidem numero, hæc autem ſpecie ſolum?

5 Quorumcūq; igitur incorruptibilis eſt ſubſtantia, quæ mouetur, manifeſtum quod, & numero eadem erunt, motus enim ſequitur, quod mouetur.

Digitized by Google

6 Quorumcunq; autem non ſed corruptibilis, neceſſe eſt ſpecie, numero autem non reuerti.

ſe. 6 At caduca, interituique obnoxia eadem ſpecie dumtaxat, haud numero reuertuntur, quoniam efficiens horum cauſa per motum operans, vt actu cauſa eſt ob circumſtantiarum defectum, cum quibus ad numericam effectus identitatem cōcurrit, nec eadem ſemper manet, nec redire poteſt ad corruptum idem numero reparandum. 7 Quamobrem nec ex aere aqua, nec ex aqua idem numero, ſed ſpecie ſolum redit aer. 8 Quod ſi eadem numero elementa redire dicamus, id nequaquam eorum ſubſtantiam corruptibilem ſupponentes, ſed prorſus ingenitam, ac ſempiternam eſſe exiſtimantes enunciabimus.

7 Ideo aqua ex aere, & aer ex ex aqua ſpecie idem, non numero.

8 Si autem, & hæc numero, ſed non quorum ſubſtantia generatur, exiſtens talis, qualis poteſt non eſſe.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIUM, quæ in toto opere continentur.

A

ACcretio quomodo à generatione, & alteratione differat. lib. 1. tex 25. & 33.
Accretio ex materia ſeparata nō fit. Probatur. l. 1. t. 27. & 28.
Accretio ex materia fit, quæ actu corpus eſt. Probatur l. 1. t. 31.
Accretionis conditiones, quæ ſint. l. 1. t. 32. & 33.
Accretionem euertens dubitatio. l. 1. t. 32.
Accretionem quidnam ſumat. l. 1. t. 34.
Accretionis, & alterationis diſcrimen. l. 1. t. 34.
Accretionis efficiēs cauſa, quæ ſit. l. 1. t. 34.
Accretio diſsimilaribus partibus propter ſimilares competit. l. 1. t. 35.
Accretio quomodo ſecundum partes formales, ſed non materiales fiat l. 1. t. 35. 36. & 37.
Accretionem euertens dubitatio ſoluitur. l. 1. t. 37.
Accretionis cauſa materialis, quæ ſit. l. 1. t. 37.
Accretionis, & nutritionis diſcrimen. l. 1. t. 41.
Accretio, & decretio cur certis temporibus fiant. l. 1. t. 42.
Actionem, & paſſionē inter diſſimilia fieri non nulli probāt. l. 1. t. 46.
Actionem, & paſſionem inter ſimilia fieri opinatur Democritus. l. 1. t. 47.
Actio, & paſſio inter ea non fiūt, quæ penitus ſimilia ſunt. Probatur. l. 1. t. 48.
Actio, & paſſio inter ea non fiūt, quæ penitus ſimilia ſunt. Probatur. l. 1. t. 49.
Actionis modus ex quorundam ſententia. l. 1. t. 56.
Actio, & paſſio quomodo fiant. l. 1. t. 77.
Agere proprie quid ſit. l. 1. t. 45.
Agentis, & mouentis diſcrimē. l. 1. t. 45.
Agens duplex eſt. l. 1. t. 30.
Agens, & patiens materia ſimilia, forma verò diſſimilia sūt. Probatur. l. 1. t. 50. & 51.
Agens cum agit ſibi patiens aſſimilare intendit. Probatur. l. 1. t. 51.
Agens duplex eſt. l. 1. t. 53.
Agens quodnam in agendo repatiatur. l. 1. t. 53.
Alteratio quando fiat. l. 1. t. 23.
Alterationis ſubiectum quodnā ſit. l. 1. t. 23.
Alimenti natura, quæ ſit. l. 1. t. 38.

38.& 39.
Alimentum quomodo augeat.l.1 t.39.& 40.
Anima quomodo accretionem efficiat.l.1.t.41.
Aridum à ſicco dependet.l.1.t.12.

C

CAlidum, & frigidum actiuè ad mixtionem concurrunt. Probatur.l.2.t.8.
Calidum quomodo definiatur.l.2.t.8.
Congregatio, & ſegregatio corporum quomodo ad rerũ generationem, & corruptionẽ conferant.l.1.t.10.
Corpora inferiora determinatam durationem habent.l.2.t.57.

D

DEmocritus quomodo probet indiuidua corpora eſſe.l.1.t.8.& 9.
Democriti ratio ad probanda corpora indiuidua ſoluitur.l.1.t.9.

E

EFficientis, & finis diſcrimẽ.l.1.t.55.
Efficiens duplex eſt.l.1.t.14.
Empedoclis de principijs rerũ loquentis error.l.1.t.2.& 3.
Empedoclis de actione, & paſſione ſententia confutatur.l.1.t.75.& 76.
Empedoclis oſtenditur contradictio dum elementorum mutationem negat, & eorumdẽ comparationem aſſerit.l.2.t.37.
Empedoclis de accretione ſententia confutatur.l.2.t.38.
Empedoclis de naturali rerum ortu ſententia confutatur.l.2.t.39.vſque ad t.45.
Empedoclis de animæ natura ſententia cõfutatur.l.2.t.45.
Elementa cur prima ſenſibilia dicantur.l.2.t.1.
Elementa prima rerum principia eſſe probant veteres.l.2.t.2.
Elementa fiunt ex materia, quæ ab ipſis formis inſeparabilis eſt.l.2.t.6.
Elementa quatuor ſunt, Ignis, Aer, Acqua, & Terra. Probatur.l.2.t.16.
Elementa ſimplicia non ſunt, ſed mixta, & impura.l.2.t.20.& 21.
Elementa ſingula vnam præcipuè qualitatem ſibi vendicant.l.2.t.23.
Elementa omnia inuicem tranſmutantur. Probatur.l.2.t.24.
Elementa ſymbola facilius, diſſymbola verò difficilius mutationem ſubeunt. Probatur.l.2.t.25.& 26.
Elementum vnum quomodo ex duobus fiat.l.2.t.27.
Elementum vnicum ex duobus ſymbolis gigni nequit. Probatur.l.2.t.29.
Elementum vnum aliorum materia elementorum non eſt. Pro-

Probatur.l.2.t.31.

Elementorum materia medium quid inter ea non eſt. Probatur.l.2.t.32.

Elementorum vnum abſolutè primum non eſt, ex quo immutato cætera fiant. Probatur.l.2.t.35.

Elemẽta in infinitum recta pro gredi nequeunt. Probatur.l.2.t.36.

F

Forma eſt, quæ res naturales denominat.l.2.t.4.

Frigidum quomodo definiatur. l.1.t.8.

G

Generatio, & corruptio congregatione,& ſegregatione corporum fieri nequeunt. l.1.t.10.

Generationis, corruptionis, & alterationis nomine quid intelligendum ſit.l.1.t.10.

Generatio quomodo ex ente,& non ente fiat.l.1.t.11.

Generationem ſubſtantialem euertens dubitatio.l.1.t.12.

Generationis perpetuitatem euertens dubitatio.l.1.t.16.

Generationis perpetuitatis cauſa materialis,quæ ſit.l.1.t.17.

Generatio vnius eſt corruptio alterius, & vnius corruptio alterius generatio.l.1.t.17.

Generationis ſubſtantialis cauſa materialis,quæ ſit.l.1.t.17.

Generationem ſubſtantialem, eiuſque perpetuitatem euertens dubitatio ſoluitur.l.1.t.17.

Generatio ſubſtãtialis,quæ ſimpliciter dicatur,quæuè ſecundum quid & ſecundum verũ, & ſecundum vulgarem opinionem.l.1.t.18,& 19.

Generatio in vniuerſum ſũpta, quę ſimpliciter,queuè ſecundum quid dicatur.l.1.t.20.

Generatio ſimpliciter,& ſecundum quid in omnibus prædicamentis conſiderari poteſt. l.1.t.20.

Generationis ſubſtantialis,& alterationis differentia traditur.l.1.t.23.

Generatio ſubſtantialis, quãdo fiat.l.1.t.23.

Generationis ſubſtantialis ſubiectũ quodnam ſit.l.1.t.23.

Generatio cum fit quomodo nullum remaneat ſenſibile. l.1.t.24.

Generationis perpetuæ cauſa efficiens corpus cæleſte,videtur æterno tempore motum. l.2.t.55.

Generationis, & corruptionis perpetua viciſſitudo ab ipſo Sole prouenit.Probatur.l.2.t.56 & 58.

Generationes, & corruptiones naturales æqualibus temporibus fiunt.l.2.t.58.

Generationem perpetuam eſſe conueniens eſt.l.2.t.59.

Generationum, quæ neceſſariæ, & quæ contingentes ſint.l.2. t.63.

Digitized by Google

t.61.vſque ad t.69.
Generationū progreſſus in circulum fit.l.2.t.69.
Generabilium, quæ redire eadē poſſint, & quæ non poſsint.l.2.t.70.
Grauitas, & leuitas elementorum formæ non ſunt. Probatur.l.2.t.8.

H

Humidum, & ſiccum paſsiuè ad mixtionem concurrunt.Probatur.l.2.t.9.
Humidū quomodo definiatur.l.2.t.9.
Humidum,& ſiccum multipliciter dicuntur.l.2.t.14.

L

Leucippi de rerum natura ſententia.l.1.t.60.
Leucippi opinio cum empedoclis opinione confertur.l.1.t.62.
Leucippi opinio cum Platonis opinione confertur.l.1.t.63.
Leucippi, & Democriti corpuſcula ad actionem, & paſſionem efficiendam inuicta confutantur.l.1.t.64.vſque ad t.75.

M

Magnitudo quomodo ſit diuiſibilis,& indiuiſibilis.l.1.t.9.
Magnitodo actu puncta non habet.l.1.t.9.
Magnitudo quomodo ſit in potentia ad actualem partium diuiſionem.l.1.t.9.
Materia dicitur ſimpliciter non ens.l.1.t.22.
Materia quomodo ſit eadem ſub omnibus formis.l.1.t.22.& 29.
Materia, quam habeat exiſtentiam.l.1.t.22.
Materia inſeparabilis eſt à formis.l.1.t.29.
Materia eadē eſt generationis, alterationis,& accretionis.l.1.t.31.
Magnitudo, quæ in accretionē fiat.l.1.t.40.
Materia ſimilem generi vnitatem habet.l.1.t.54.
Materia vnica non eſt, quæ ab elementis actu ſeiungi queat. Probatur.l.2.t.5.
Materiam eſſe cauſam efficientem generationis aiunt.Quidam.l.2.t.52.
Materia generationis cauſa efficiens non eſt. Probatur.l.2.t.53.
Mixtionem euertens dubitatio.l.1.t.82.
Mixtio quomodo à cæteris mutationibus differat.l.1.t.83.
Mixtionis modus quem tradunt veteres confutatur.l.1.t.85.& 86.
Mixtionem, quæ facilē,aut difficilem,perfectam, aut imperfectam efficiant.l.1.t.89.& 90.
Mixtio quid ſit l.1.t.90.
Mixta ex elementis exiſtētibus actu fieri nequeunt. Probatur.

INDEX.

tur.l.2.t.46.& 47.
Mixta quomodo ex elementis fiant.l.2.t.48.
Mixta perfecta ex omnibus elementis conſtant. Probatur. lib.2.t.49.& 50.
Miſsibilia quomodo ſint in mixto.l.1.t.84.
Miſcibilia,q̃ ſint.l.1.t.87.& 88.
Molle ab humido, & durum à ſicco dependet.l.2.t.13.
Mouens duplex eſt.l.1.t.53.
Motoris æterni natura breuiter attingitur.l.2.t.61.
Motus æternus à corpori cæleſti cõtinuitatẽ habet.l.2.t.62.

P

Platonis, an Democriti opinio de rerum principiis naturalior ſit.l.1.t.7.& 8.
Platonis error in materiæ primæ naturã aſſignanda.l.2 t.4.
Platonis ſententia de cauſa efficiẽte generationis.l.2 t.52.
Platonis ſententia de cauſa efficiente generationis confutatur.l.2.t.52.
Parmenidis de rerũ natura ſententia.l.1.t.57.& 58.
Pori,ac meatus quomodo ad actionem,& paſsionem conferant.lib.1.t.77.
Principia cæleſtium, & inferiorum eadem analogia ſunt.l.2.t.51.
PrinciPia rerum quænam ſint.l.2.t.51.

Q

Qualitates tangibiles ſunt principia elẽmentorũ conſtitutiua.l.2.t.7.
Qualitatum tangibilium quænam elemẽtorum formæ ſint.l.2.t.8.
Qualitates primę tãgibiles,qua tuor ſunt.l.2.t.15.
Qualitatis primæ ſunt cauſæ ſolum inſtrumentariæ generationis.Probatur.l.2.t.54.

S

Similares animalium partes duo genera partium habẽt. lib.1.t.35.
Siccum quomodo definiatur.l.2.t.9.

T

Tactus multipliciter dicitur l.2.t.44.
Tactus propriè dictus quibus inſit.l.1.t.44.
Tactus neceſsitas vnde proueniat.l.1.t.45.
Tenue,& craſſum ab humido,& ſicco dependent. Probatur. lib.2.t.10.

V

Veterum opiniones de principijs rerum.l.1.t.1.
Veterum plurimi generationẽ cum alteratione confundũt. l.1.t.1.
Veteres cur ſubſtantialem auferant generationem .l.1.t.11.
Veterum ad ſubſtantialem auferendam generationem dubitatio ſoluitur.l.1.t.11.
Veterum de actione,& paſſione ſententia confutatur.l.1.t.79. 80.& 81.

FINIS.

Digitized by Google

Errata grauiora.		Corrigito.
Pagina.		
25	propria	proprie
107	id eſt	idem
116	informat. Aut	informat, aut
118	propria	propriam
118	propæri	propriæ
125	mixtiooem	mixtionem
170	ſubiectum	ſubiectam

S[redacted] S. P[redacted]

Cairel. Diſcal. Rome,

G E N V AE,

APVD IOSEPHVM PAVONEM. M.DCXIV.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

PANDIMIGLIO
21 DIC. 1970
LEGATORI ROMA

Digitized by Google